o deſpues[a], ouieſſe cogido tãtos frutos, que ſeyendo bien aſmado, abondaria[b] para pagar el arrendamiento: e las deſpẽſas del labrador por ambos los años: eſtonce, tenudo ſeria de pagar el arrendamiento, e maguer el Señor dela heredad le ouieſſe quitado la rẽta[c] de aquel año en q̃ ſe perdieſſen los frutos, ſi en aquel año que vinieſſe deſpues deſſe cogieſſe a tantos frutos, que abondaſſe, a ambos los años, ſegũd es ſobre dicho, puede ge lo demãdar. Otroſi dezimos, que ſi por auentura acaeſciere q̃ la heredad, o la coſa arrendada rendiere tan abondadamẽte vn año, que pueda montar mas del doblo, delo que ſolia rẽdir vn año con otro comunalmente, que eſtonce, deue otroſi, el q̃ la tiene arrendada, doblar el arrendamiento, ſi eſta abundancia vino por auentura[d]: e nõ por acuçia del que la labraſſe, de mas labores q̃ ſolia, o por otras mejorias, que fizieſſe en la coſa. Ca guiſada coſa es, que como al Señor pertenetece la perdida de la occaliõ, que viene por auentura, q̃ ſe le ſiga bien otroſi. por la mejoria q̃ acaeſce, en la coſa, por ella miſma razon.

¶ *XXIIII. de los mejoramientos que los arrendadores fazen en las coſas que tienen arrrendadas como el ſeñor los deue refazer al arrẽdador.*

MEjoran a las vegadas, los arrendadores, los heredamientos, e las otras coſas, que tienen arrendadas, fa-

ziendo y lauores o coſas de nueuo, e plãtando[e] y arboles o viña, porque la coſa vala mas de renta a la fazõ que la dexan que quando la tomaron, e porende es derecho, que aſsi cõmo quãdo fazen daño en la coſa arrendada, que ſon tenudos de lo mejorar: bien aſsi les deue ſer conoſcido, e gualardonado, el mejoramiento que y fizieren. E porende dezimos, que el Señor, tenudo es, de dar las miſsiones[f], que fizo en aquellas coſas, que mejoro, o de gelas deſcontar del arrendamiento. Fueras ende, ſi en el pleyto del arrendamiento, fueſſe pueſto, que fizieſſe delo ſuyo, tales lauores, e mejorias, como eſtas, que de ſuſo diximos: ca entõce[g] ſeria tenudo de guardar el pleyto, ſegund que fue pueſto.

¶ *Ley. XXV. del almazen en que vn ome loga a otro para tener olio, o otra coſa ſemejante, no es tenudo de pechar el daño que acaeſce enel.*

LOgãdo vn ome a otro algund almazẽ en q̃ metieſſen olio, o otra coſa ſemejãte: ſi quãdo gelo logo, nõ le prometio[h] de guardar le aq̃llo que y metieſſe, ſi alguna coſa ſe perdieſſe a aq̃l que lo reſcibio a loguero, nõ ſeria tenudo el Señor de pecharle: porende ninguna coſa. Fueras ende ſi le pudieſſe prouar q̃ por ſu culpa[i], o por engaño q̃ le ouieſſe fecho, ſe perdieſſen aq̃llas coſas. Pero ſi el Señor del almazẽ ouieſſe y pueſto[k]

---

a ¶ *Deſpues.* Siue ſit annus immediatè ſequens ſiue interpoſſatus, vt hic innuit & tenet gl. in d. l. licet. C. eo. vbi & tenet Sãly. & tenet Hoſti. Imol. & Abb. in d. c. propter ſterilitatem eo. titu.

b ¶ *Abondaria.* Declarat bene quando dicatur vbertas: ſuper quo fuerũt opiniones de quib⁹ per glo. in l. ſi vno. in prin. ff. eo. &. C. eo. l. licet. & p Paul. de caſtr. in l. ex conducto. §. 1. ff. eo. & tenet menti iſtã l. quia deuiat in aliquo ab his, quæ gl. & doctores tradunt in dictis locis. & iſta l. ſequi videtur opinionẽ Nico. de Matar. quam recitat Bal. in d. l. licet. verſicu. 9. quæro. C. eo.

c ¶ *Quitado la rẽta.* Et ſi vtatur verbo donatiõis, vt habetur in l. ſi vno in prin. ff. eo. quia verba accipiũtur ſecũdum ſubiectã materiam.

d ¶ *Por auentura* 1. caſu fortuito veluti ſi locauit molẽdinũ, ex quo locator conſueuit recipere quinquaginta: nunc vero quia alia molendina ſunt deſtructa, vel ruinata, recepit centũ ſecũ dũ Bar. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. eo. & Abb. in c. propter ſterilitatẽ. ad fi. eo. titu. ſec⁹ verò ſi aliqua augmentatio veniret, propter bonitatẽ rei locatę, vel propter induſtriã coloni. Adde Pau. de caſtr. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi. & vectig. vbi ponit iſtud exemplũ de molendino: & intelligit quando augmentũ venit ex caſu quẽ veriſimiliter contrahentes non potuerunt excogitare, & ſuperuenit poſt cõtractum locationis: vbi etiã ponit aliud exemplum, vide ibi.

¶ *Lex. 24.*

* ¶ Tenetur dominus cõductori ſoluere melioratiõnis expenſas operis noui plantationis rei: niſi aliter conueniat, quia ſicut ſoluit deteriorationem, iuſtum eſt quod habeat de melioratione remuneratiõnem. hoc dicit.

e ¶ *Plantando.* Et ſic loquitur iſta l. non ſolùm quãdo expenſę ſunt ne ceſſarię: verũ etiam ſi ſint vtiles, hoc idem probatur in l. domin⁹ horreorũ. §. incõducto, & in l. pe. ff. eo. & dicit Pau. de caſt. in d. §. inconducto. q̃ neceſſariæ indiſtinctè repetuntur: vtiles verò tũc quãdo facte ſunt de volũtate locatoris tacitè vel expreſſè: vel ſi nõ affuit volũtas, nõ ſũt graues locatori. p. ll. quas ibi allegat & add. l. 40. ti. 28. pt. 3.

f ¶ *Las miſsiones.* Sed an poſsit aſportare res illas quas appoſuit meliorando domum? dic q̃ ſi hoc vellet cõductor poteſt dũmodo cõmodè id fieri poſsit, vt in l. ſed addes. §. ſi inquilin⁹. ff. eo. & nota. q̃ procedit diſpoſitio hui⁹ l. etiã incõductore ad lõgum tẽpus, ſecundum Bal. in rubrica. C. de iur. emphi. colu. 1.

g ¶ *Ca entonce.* Idem videtur & ſi non ſit expreſſum in pacto q̃ meliorationes fieri debeant per colonum: ſed generaliter fuerit dictum, q̃ colonus rem melioraret, ſeu data fuit ad meliorandum, vt vult Bal. in d. l. colonus. quę eſt l. pe. ff. eo. in prin. ad. ſi. 2. lectu.

¶ *Lex. 25.*

* ¶ Nõ tenet locator de re perdita in apotheca locata niſi in ſe cuſtodiam recepit: aut eius culpa vel dolo perdat: de fortuito aũt caſu nõ tenetur. h. d.


h ¶ *Nole prometio.* Innuit iſta lex q̃ locator horrei nõ tenet de cuſtodia quãdo id ſpecialiter nõ promiſit, ſed cõtra. d. l. cũ in plures. §. fi. ff. eo. dũ dicit cuſtodiã autẽ horreorũ cõductorib⁹ preſtare deber. & l. 1. C. eo. ſolue ſecũdũ Azo. C. eo. in ſũma & gl. in. l. dñs ff. eo. cuius dictũ videtur ſequi iſta lex q̃d debet intelligi q̃n expreſſe vel tacitè p traditionẽ clauiũ locator renunciaret cuſtodię: ſec⁹ ergo ſi nõ expreſſiſſet ſe nolle teneri ad cuſtodiã vel claues nõ tradidiſſet qa tunc teneret ex leui culpa propter malã cuſtodiã, & ita intelligat dict⁹. §. fi. qa tamẽ iſta l. non facit iſtam diſtinctionẽ & gñaliter vult locatorẽ horrei non teneri de cuſtodia dic, & meli⁹ ſecundũ Iaco. de Are. Odo. & Alberi. in d. l. 1. & Bar. in d. l. dominus q̃ quãdo quis locat totã domũ remotam à ſtatione, & cuſtodia ſua tũc locator nõ tenetur ad cuſtodiã. ex quo infert Bar. q̃ domini qui habẽt apothecas & locant eas ad nihil tenẽtur: & ita procedit quod hic dicit & probat in d. l. cũ in plures. §. fi. quãdo verò quis nõ locat totã domũ in qua ſunt horrea, ſed ipſe retinet eã & pro horreis percipit mercedẽ, tũc procedit diſtinctio Azo. & glo. in. d. l. dominus. An autem tunc propter traditionẽ clauium liberetur à cuſtodia, vide per Paul. de caſt. in d. l. dominus. & per Alberi. poſt Odo. in. d. l. 1. qui volunt q̃ totaliter non liberetur. vide ibi per eos.

i ¶ *Por ſu culpa.* Nõ intelligas de culpa malę cuſtodię: quia vt dixi in gl. proxima, ad hãc nõ tenet locator totius dom⁹, ſeu horrei ſeparati à domo & cuſtodia locantis. Sed de alia culpa veluti ſi noluit tradere claues, vel aliàs culpã vel dolũ cõmiſit, vnde res de perditę fuerũt. & intelligẽdũ videt de culpa lata: nã de leui iſto caſu nõ teneretur, vt & fuit de mẽte Azo. C. eo. in ſũma. licet cõfuſè loquat: nõ verò de leui vel leuiſſima, niſi talis culpa leuis vel leuiſſima conſiſteret in faciendo: quia tunc æquipararetur latæ culpæ, vt notat Bar. in l. quod ner ua. verſi. item quæro. in. colu. ff. depoſi.

k ¶ *Ouieſſe y pueſto.* Intelige quando conductores domini rerũ depoſitarũ tẽpore depoſitionis ſciebãt per cuſtodes horrea exerceri, vt dicit glo. in. l. ex diui. C. eo. vel quando ſciente & patiente cõductore vel conſentiẽte locator cuſtodes appoſuit: quia tunc non tenebitur de eorum mala cuſtodia: ſed tantum q̃ eos exhibeat, vt & fuit

algund ome ſuyo,o eſtraño: por guarda de aquellas coſas:eſtõce tenudo ſeria de leuarle ante el judgador de aquel lugar, por que le pregunten,[a] e ſepã del como acaeſcio,aquella perdida.Mas ſi quando le dio el almazẽ a loguero, recibio ſobre ſi el ſeñor,la guarda de las coſas,q̃ y metieſſe,eſtõce,tenudo ſeria,de pecharle, todo quanto y perdieſſe.Fueras ende, ſi la perdida acaeſcieſſe,por alguna ocaſiõ, [b] que auinieſſe,por auentura,ſin culpa del ſeñor del almazen:aſsi como por fuego, o por fuerça de ladrones,o de enemigos, o de otra coſa ſemejante.

¶ *Ley. XXVI. Como los oſtaleros e los aluergadores. e marineros ſon tenudos de pechar las coſas que perdieren en ſus caſas e en ſus nauios aquellos q̃ ay reſcibieren.*



Aualleros,o mercaderos: o otros omes q̃ van camino acaeſce muchas vegadas, q̃ hã de poſar,[c] en caſa de los oſtaleros,[d] e enlas tauernas,[e] de manera,[f] q̃ han de dar ſus coſas a guardar a aq̃llos que y fallaren, fiandoſe en ellos, ſin teſtigos,[g] e ſin otro recabdo ninguno:e otroſi losq̃ hã a entrar ſobre mar,metẽ ſus coſas enlas naues en eſſa miſma manera: fiãdo ſe en los marineros:e por q̃ encada vna deſtas maneras de omes acaeſce muchas vegadas,que ay algũos, q̃ ſon muy desleales,[h] e fazen muy grandes daños,e maldades,en aquellos que ſe confian en ellos:porende conuiene,q̃ la ſu maldad, ſe a refrenada, con miedo de pena. Onde mandamos,que todas las coſas, que los omes que van camino,por tierra,o por mar,metieren en las caſas de los oſtaleros, [i] o de los tauerneros o en los nauios,que andan por mar, o por los rios aquellas que fueren y metidas, con ſabiduria: [k] de los Señores de los oſtales, o de las tauernas, o de las naues:o de aquellos que eſtouieren y, en lugar dellos, que las guarden de guiſa que ſe non pierdan,nin ſe menoſcaben:e ſi ſe perdieſſen por ſu negligencia, o por engaño, que ellos fizieſſen: o por otra ſu culpa, [l] o ſi las furtaſſen algunos de los omes que vienen, [m] con ellos, eſtonce, ellos ſerian tenudos de les pechar todo quanto perdieſſen, o menoſcabaſſen.

Ca guiſada coſa es,que pues,que fian en ellos,los cuerpos, e los aueres, que los guarden lealmente, a todo ſu poder, de guiſa q̃ non reſciban mal,nin daño.E lo q̃ diximos en eſta ley, entiẽdeſe,de los oſtaleros:e de los tauerneros,e de los ſeñores de los nauios,q̃vſan publicamẽte a recebir los omes tomãdo dellos oſtalaje:o loguero.E en eſta miſma manera, dezimos:q̃ ſon tenudos de los guardar eſtos ſobredichos ſi los reciben por amor, [n]

a ¶ *Pregunten.* An torqueantur. vi. Bal. in d.l. ex diui.& quæ habẽtur in. d. l. dominus.eſt enim præſumptio contra cuſtodem,quando res cuſtoditæ non reperiuntur, vel locus cuſtodiæ reperitur fract⁹ vt dicit Ange. in.d.l.ex diui.

b ¶ *Ocaſiõ.* Ideſt caſu fortuito, vt ſubiicit hic &.C.eo.l.1. de leui ergo & ẽt de leuiſſima culpa tenebit quando recepit in ſe cuſtodiã. & ſic approbatur hic opi. gloſ. in. d.l. dominus. quæ fuit etiã Azo. C. eo. in ſũma.co.pe.p l. qui mercedẽ ff.eo.licet Paulus de Caſ.ibi cõtrarium voluit,imo q̃ iſto caſu tantũ teneretur de leui culpa, & reſpondit ad.d l.qui mercedẽ.q̃ ibi principaliter recipiebat mercedem pro cuſtodia:in caſu verò huius.l.non principaliter pro cuſtodia ſed pro vſu horrei.

¶ *Lex.26.*

* Recepti in caupona vel nauigio:ſciente dño vel eius locum tenente recuperant ibi perdita domini negligentia culpa ſeu dolo,ſed nõ tenet dñs de caſu:nec tenetur ſi antequam eos reciperet dixit quòd cuſtodirent res ſuas:quia ſi perderentur nolebat teneri aut ſi eis dedit domũ ad partẽ vel archã cũ claue,vt ibi cuſtodirent res ſuas. h.d.

c ¶ *Han de poſar.* Traditur Symonem illum leproſum,de quo in Euangelio eſſe ſanctũ Iulianũ ob cui⁹ memoriã viatores dicunt Pater nr̃, vt inueniant bonũ hoſpitiũ.vi.per Carthuſienſem part.2.ca.25.

d ¶ *Oſtaleros.* Iſti ſunt ſtabularii de quibus.ff.naute caupo.ſtabula.per totum,& dicuntur à ſtabulo,ideſt loco in quo equi & alia iumenta recipiuntur,vt.d.glo.in,l.palam.in prin.ff.de ritu nup.

e ¶ *Tauernas.* Loca ſunt,vbi comeſtibilia venduntur, & comedentes recipiuntur,vid. per glo.in.d.l.palàm in prin.ſuper parte taberna.

f ¶ *De manera.* Ideſt neceſsitantur quodammodo ad hoc: quia de neceſsitate ad iſtos recurritur:non ergo habebit locũ iſta.l.in balneatore, ad quem non de neceſsitate: ſed de voluntate recurritur, ſecundum Rofre. ſuper titu. nautæ caupo. ſtabul.§. fina.& Alberi. in rubrica eodem titulo.Tenebitur tamen de dolo & lata culpa, ſecundum eos,an autem hoſpitator cogatur recipere hoſpites: videtur quòd ſic,vt in.l.1.ad fin.ff.furti aduerſus nautas.ibi neq; repellere poteſt iter agentes, & tenet gloſ.& ibi Barto.in.l.prima. ff. eod. vbi vide per Alberi. in rubrica niſi ex iuſta cauſa recuſet, vt quia domus eſt plena hoſpitibus, vel hoſpes eſt inimicus ſuus, vel aliàs quid ſimile, & adde Barto . in. l.prima. §. ſerui. ff.furti aduerſus nautas.

g ¶ *Sin teſtigos.* Innuit eſſe neceſſarios teſtes ad probationem rerũ: quas hoſpes dicit recepiſſe hoſpitatorem de quo tamẽ vid.quę notat Barto. in.d.§. ſerui. ff. furti aduerſus nautas & per Bal. in rubrica. C. de proba. & in.l.prima, & in.l.certi iuris C.loca.& Angel.in tractu. maleficio. in pte fama publica.col.11.

h ¶ *Desleales.* adde.l.primã in prin. ff. eo. & fcdm Bald. in.l.prima.C. eod. Communiter hoſpitatores iſti ſunt homines rapaces & vulgares.

i ¶ *Oſtaleros.* qd ſi amicus reciperet amicũ? dic quod non habebit locã iſta.l.ſecundũ Specul tit. de furtis verſicu. quod ſi amic⁹ &fuit dictum Rofredi.vt tradit Alber. ff. nau.caup. iſta bula.l.prima,& probatur infrà in iſta.l.ibi.e lo que diximos.

k ¶ *Con ſabiduria.* Approbat opi. glo. in. l.1. §. fina. ff. nautæ caupo.ſtabul.ſuper parte illatæ.& vid.per Specul.tit.de furtis col.4.ver ſi.q̃d ſi resimmiſſe,& Ang.in.l.1.§.1.ff.furti aduer.nautas vbi q̃ videt ſaluũ fore recepiſſe ſi ipſe recipiat vl̃ mitti patiat &ſic pati eſt recipe.

l ¶ *Culpa.* Etiam de leuiſſima,vt notat glo.in.l.3.§.1.ſup verbo. ſine culpa.ff.nautæ caupo.ſtabu. quid tamen ſi poſtquã hoſpitator recepit mulas,ſunt ſibi per officialẽ arreſtatæ,an & tunc teneatur de leuiſſima? Bal.in.l.certi iuris.C.iſto.titu.tenet q̃ non quia tunc tanq; ſeq̃ſter,magis quã tanquam hoſpes eſt cenſendus.Mutuit enim officium voluntarium quodammodo in neceſſarium.ff.eo.l. videamus §.qui vinum.& argu.ff.de.lege.commiſſo.l.ſi

m ¶ *Que vienen.* Hoſpitator tenet ẽt de facto viatorũ & exercitor ẽt de furto ſeu damno aliorum vectorum,vt & habetur in.l.1.§.fi.cum.l.ſequenti.ff.nau.caupo.ſtabul.quãdo enim ipſe recepit, tenetur de facto,etiam viatorum,ſeu vectorum:ſi verò ipſe non recepiſſet, tãtũ tenetur de facto ſuorum,quos in naui vel in caupona habebat non de facto viatorũ vt habet in.l.1.§.ſerui.ad fi.ff.furti aduerſus nautas, & ibi gl.&Bar.ita intelligũt:cũ enim caupo vel exercitor qui recepit teneat de leuiſſima,& furtũ nõ fiat ſine culpa leuiſſima:tenet de furto iſtorũ.l.cũ duob⁹.§.dãna.ff.pro ſocio.gl.in.l.3.ſup pte ſine culpa ff.nautę caupo.&c.

n ¶ *Por amor.* Intellige,q̃ qui recipiũt:habent officiũ hoſpitãdi,& recipiendi mercede ſumpta:ſecus ſi non haberent tale officium .vt dixi ſuprà de amico.& ſatis probatur hic.

nō tomādo dellos ninguna coſa. Fueras ende en caſos ſeñalados. El primero es ſi ante que lo reciba,le dize,que guarde bien ſus coſas, que non quiere el ſer tenudodelas pechar ſi ſe perdieren. El ſegundo es,ſi le moſtrare ante que lo reſcibieſſe, arca, o caſa,e le dize, ſi aqui quedes eſtar, meted en eſta caſa, o en eſta arca,vueſtras coſas,e tomad la llaue della e guardad las bien.[a]El tercero es ſi ſe perdieſſen las coſas por alguna ocaſion,[b]q̄ a uinieſſe:aſsi como fuego quelas quemaſſe: o por auenidas de rios: o ſi ſe derribaſſe la caſa:o peligraſſe la naue:o ſe perdieſſen por fuerça de enemigos. Ca perdiendoſe las coſas por alguna deſtas maneras ſobredichas , que non auinieſſe, por engaño.o por culpa dellos:eſtonce, non ſerian tenudos de las pechar.

¶Ley. XXV II.como los oſtaleros,e los aluergadores deuen recebir a los pelegrinos:e guardar a ellos e aſus coſas.

Bien aſsi como los mercadores elos otros omes,que andan ſobre mar, o por tierra cō entēcion de ganar algo: bien aſsi andā los pelegrinos, e los otros romeros,en ſus romerajes, con entēcion de ſeruir a Dios ,e ganar perdon de ſus peccados.e parayſo.E pues que diximos en las leyes ante deſta, de los oſtaleros, e los marineros q̄ reciben a los caualleros e a los mercaderes, e alos otros omes q̄, andā camino,en ſus caſas o en ſus meſones,o en ſus nauios:q̄ los guardaſſen que no reſcibieſſen daño en ſus coſas,mucho mas guiſada coſa es,q̄ fagā eſſo miſmo,a los romeros,q̄ andā en ſeruicio de Dios. E porende tenemos por bien , e mandamos,a todoslos aluergueros,e los marineros de nueſtro Señorio , que los reſciban en ſus caſas , e enſus nauios , e les fagan todo el bien que pudierē,e les guardē las ſus perſonas , e ſus coſas de daños , e de todo mal,e que les vendan todas las coſas que ouieren meneſter, por aquellas medidas , e por aquellos peſos,e por tal precio,como lo vendē,a los otros, [c] que ſon moradores,en cada vn lugar,de nueſtro Señorio , non les faziendo otra eſcatima[d] en ninguna manera que ſer pueda,e los que contra eſto fizieren [e] deuē recebir pena , por aluedrio del judgador del logar ſegūd fuere el yerro, o el daño que fizieren.

¶Ley. XXVIII.de las coſas que toman los omes a cenſo aquien perteneſce el daño dellas , ſi ſe pierden como deuen ſer pagado el cenſo.

Contractus enphitheoticus en latin tanto quiere dezir en romance, como pleyto o poſtura , q̄ es fecha ſobre coſa rayz [f], q̄ tur maiores, vbi venduntur minores; vt dicit philo.5.ethicorū & tradit Lucas de penna. in.d.l.ſeptem diebus.

¶*Fizieren.* Nota etiā, quòd quando peregrini inhumaniter tractantur, non ſolū poſſunt habere recurſum ad iudicem loci, vt hic ſubijcit,ſed etiā ad epiſcopū, & iſte eſt caſus in quo cōtra laicos poteſt ſe intromittere , vt probat in.d.cap.1. de empt.& vēdi. & ibi notat Ioa. de Imol. qui &allegat. c.ſi quis romipetas.&.ca. ſi quis.24.q.3. &notat Innocen.vbi Abb. in.c. ſignificā tibus. de offi. delega. & adde.l.fi.§. item epiſcopi.ff.de mune. & hono.&.l.1.C.de epiſco. audi. & refert Ioan. Andr.in.d.c.1

a ¶*Guardad las bien.* Nota ex hoc verbo quòd ſola clauiū traditio nō liberat hoſpitantē à periculo cuſtodię de qua teneē: niſi & addat hoc verbū ſcilicet e guardad las biē.ex hoc enim tacitè videē ſe eximere à cuſtodia & trāſferre eā in hoſpitem,& quod dicit gl.in.l.fi.verſi.itē ſi prędixerit.ff.nau.caup.ſtabu.q̄ ſola traditio clauiū liberabit eum à leuiſsimacul pa,nō eſt verum,& glo.loquitur ex capite nihil alle gans, vt dicit Bal. ibi & qa ſecūdū Iacob de raue.dictū gloſ. non eſt verū quia ex hoc dareē cau ponibus materia delinq̄ndi,& habendi claues duplicatas,vt latius ibi recitat Alberi,licet Ange.in.l.1.§.1.ff. fur.aduer.nau tas dicit,q̄ traditio clauium liberet à leuiſsima.tene mēti iſtam.l.partitarum: quia de iure cōmuni non reperi ita bene exp̄ſſum,& ſubdit ibidē Alberi. poſt Iacob de Ra. q̄ idem dicendū & ſi appoſueritcuſtodē ad cameram ſuam, vt nihilomin⁹ hoſpitans teneatur, argu. ff.de acqr.poſſe.l. quarūdā. &.C.de pact. conuē. l. fi. & adde Alberi ī l.1.C.loca.poſt Odofre.& hoc videē veri⁹,licet aliud voluit Bal.in hoc q̄ appoſuit cuſtodē.in.d.l.fi.§.itē ſi prędixerit.& in rubr.C. depoſi.

b ¶*Por alguna ocaſion.* Adde.l.3.§.1.verſicu.niſi quod damno fatali contigerit.ff.naut. caupo. ſtabu.

c ¶*Como lo venden a los otros.* Adde.c.1.de empti.& vēditio.& facit q̄ curialibus,qui regis curiā ſequuntur nō poſsint vēdi res cariori pretio quā incoleę locorū inter ſe vendūt pro quo facit.l.animalia.C. de curſu publi.lib.12.& pillā.l.dicit ibi Ioa.de pla.q̄ validatur ſtatutū,quo diſponitur q̄ in trāſitu armigerorū à republica conductorū vel à ſuperiore tranſmiſſorū,pabula nō vendantur cariori,ſed iuſto pretio. non tamē eſt faciēda prerogatiua militib⁹,vel alijs priuilegiatis perſonis in pretio rerū venaliū, pluſquàm fiat priuatis perſonis in foro publico,vt in.l.ſeptē diebus,& ibi Ioa.de plate.C.de eroga.milita.anno.lib.12.& ibi infert ex hoc q̄ cōtra ius eſt ſtatutū vel conſuetudo, qua cauetur q̄ per tot dies fori nullus audeat emere prius, quàm eſſent emptę ſpecies,vel annonę pro curialibus:quia per hoc venduntur viliori pretio ceſſantibus emptorib⁹. & dicit hoc ita fuiſſe de mēte Andr.de Barulo.neq; poteſt quis cogi vēdere reſſuas precio minus iuſto,vt habetur in.l.2.ff. ad.l.Iul. de anno. & probatur in. l. de curiones.in prin.ff.de admi.rerū ad ciui.pertinen.& in. l. non enim ff.rerum amot.& intellige iſtam.l,de pretio ſecundū quod eſt in foro publico.l.pretia rerum.ff.ad. l.falci. vbi Bar. & probatur in.d.l. ſeptem diebus.

d ¶*Otra eſcatima.* Nam quidquid plus iuſto quis appetit,ſiue emptor ſiue venditor ſit,hoc turpe lucrum eſt.c.1.ne clerici vel monachi. & vt dicit B. Auguſt.in lib.13.de ciuitate dei.c.3.omnes ſunt cōmuniter hoc vitio inuoluti,vt vili pretio emant,& caro vendant & ideo non æquales ſunt vbique frumenti vinique menſurę,vbi quidem emun

e ¶*Fizieren.* Nota etiā, quòd quando peregrini inhumaniter tractantur, non ſolū poſſunt habere recurſum ad iudicem loci, vt hic ſubijcit,ſed etiā ad epiſcopū, & iſte eſt caſus in quo cōtra laicos poteſt ſe intromittere , vt probat in.d.cap.1. de empt.& vēdi. & ibi notat Ioa. de Imol. qui &allegat. c.ſi quis romipetas.&.ca. ſi quis.24.q.3. &notat Innocen.vbi Abb. in.c. ſignificā tibus. de offi. delega. & adde.l.fi.§. item epiſcopi.ff.de mune. & hono.&.l.1.C.de epiſco. audi. & refert Ioan. Andr.in.d.c.1 abbatem antiquum dicentem quòd audiuit magiſtrum ſuū inducentem illud capitulū pro iuriſdictione eccleſiaſtica , contra temporalem,vt poſſet punire quoſdam,qui immiſcebant farinam fabarū cęrę venali, quod dictum fortè non admittetur in foro ſeculari , licet Ioan.de Imol.ibi dicat eſſe hoc dictum menti tenendum:

f ¶*Coſa rayz.* Conſtituitur enim emphitheoſis ſuper immobilibus; non ſuper mobilibus , vt hic & in. §. licentiam. in auctēn. de alie. & emphi. colla. 9. & notat gloſ. in. §. adeo. inſti. de locatione. & Azo. in ſumma.C. eo. & hoc eſt de natura emphitheoſis, vt dicit Bal. in.l. 1. in fi. C.de iure emphi. ex quo dicit quòd ſi contineatur in inſtrumento , quòd eccleſia conceſsit in emphitheoſim oliuetū in tali loco ſitum ,quòd intelligitur de terra oliuata non de arboribus pendētibus.& ſubdit q̄ ſi actum eſſet q̄ ipſę arbores eſſent emphitheoticę nō fundus,q̄ valeret donec arbores ſunt in fundo , propter immobilem radicem: & ſi veteres arbores ſiccantur & nouę ex

¶*Lex.* 27.

* ¶Aliter tractātes peregrinos quàm cōuicinos ſuos in bonorum cuſtodia & rerū vēditione extra ordinē puniūt iudicis arbitrio.h.d.

¶*Lex.* 28.

* ¶Emphitheoſis eſt datio rei immobilis ad annuum cenſum in ſcriptis celebrata:& ſit cum partium voluntate ad vitam recipiētis vel etiā hæredum:etſi res tota caſu perit,eſt emphyteota liberatus.ſed ſi remanet octaua pars tenetur ad totum cenſum.Item ſi emphyteota eccleſię per biennium aut laici ceſſet per triennium in cenſus ſolutione:etiam domino non petente poteſt ei dominus rem:ſua auctoritate auferre niſi poſteà infra decem dies ſine lite ſoluat: & niſi in his terminis ſoluat incidit in cōmiſſum,& poteſt auferri res per dominū etiam ſine lite:quia dies ſtatuta pro domino interpellat.h.d:

illis pullulent, durabit emphitheoſis: quia nõ eſt mortua radix productiua imo viuit in plantis. ff. de dam. infect. l. damni. §. is qui vicinas, & q̃ emphitheoſis conſiſtat tantũ in immobilib⁹. Adde Bar. p tex. ibi in auctẽ de nõ alienãdis. §. emphitheoſim. 2. notab. colla. 1. res tamẽ mobilis aſcripta ſolo põt dari in emphitheoſim, vt notat Ioa. de Plate. per tex. ibi in l. quẽadmodũ. C. de agrico. & cenſi. lib. xi. alleg. d. §. emphitheoſim, in fine.

es dada [a] a cẽſo [b] ſeñalado, para en toda

a ¶ *Dada*. Et nõ requiritur q̃ à principio pretiũ interueniat, licet glo. in. c. potuit. de locato dixit contrariũ, ſecundũ Abb. qui dicit cõmuniter teneri, & vi. in glo. ſequen.

b ¶ *Acenſo*. Non intelligas q̃ cõtractus emphitheoticus ſit cõtractus cenſualis: quia inter hos multæ ſunt differẽtiæ, vt notat glo. & ibi latè Abb. pe. & fi. colu. in. c. cõſtitutus. de religio. domi. Iaſo. in. l. i. C. de iure emphi. colu. 10. in fi. cum prin. 11. ſed q̃ emphitheoſis datur ſub annua pẽſione, vel cẽſu. & aduerte: quia probatur hic nõ eſſe de ſubſtantia cõtract⁹ emphitheotici, q̃ à principio interueniat certa quãtitas pretij, vel alia res. prout tenuerunt multi, vt refert Alberi. in. d. l. vbi dicit hãc eſſe cõmunẽ opi. de quo latè per Iaſo. in. d. l. i. vbi dicit (col. 1. & 2. referens in cõtrariũ eſſe cõmunẽ opinionẽ,) q̃ non requiratur à principio aliqua præſtatio quãtitatis, vel alterius rei, quę opinio approbat hic. Quid tamẽ ſi in inſtrumẽto cõtineatur talis dedit in emphitheoſim, vel cẽſum quis cõtract⁹ dicatur emphitheoticus, vel cenſualis? Ioa. Fab. in. d. l. i. dicit q̃ emphitheoticus. allegat. l. ſed ſi adijciatur. ff. pro ſocio. & l. ſpecies. ff. de aur. & argẽ. lega. & cũ eo. tranſit Iaſo. C. eo. l. 2. colu. 89. verſi. 8. quæro eſt in. 89. colu. totius tractatus. & idem videtur ſi diceret, recipio in emphitheoſim & cenſum; niſi ex adiunctis aliud conſtaret. ¶ Sed quid de cõtractib⁹ cenſualibus noſtri tẽporis, vbi ponens cenſum ſiue annuũ redditũ ſup poſſeſſione ſua, non tranſfert dominium rei in ementem annuũ reditũ, ſicut eſt in contractibus alijs cenſualibus antiquis, de quib⁹ in d. c. conſtitutus. ſed ipſe vendẽs annuũ redditũ remanet domin⁹ fundi, & ſolũ vendit illud ius percipiendi: vtrũm dicti contractus ſint licit? eſt quæſtio antiqua in qua fuerunt contrarię & diuerſę opiniones, vt patet ex notatis per Innocẽ. Hoſti. & Ioan. Andr. in. c. in ciuitate. de vſur. & in caſu in quo vẽditur annuus reditus iã ante iſtum contractum inſtitutus. cõmunis doctorũ reſolutio eſt, q̃ ſit licitus talis cõtractus, ſiue talis cenſus cõſiſtat in redditib⁹ fundi, vel domus: ſiue ex laboribus certę perſonę liberi, vel ſerui, vel in actione vel nomine: neque poteſt dici q̃ hic interueniat vſura, imò purus cõtract⁹ emptionis & venditionis: quia ibi eſt pretium, ſcilicet certa quantitas pecuniæ. item eſt ibi merx. ſcilicet certus redditus, canon, vel annona, & procedit hoc ſiue ematur in perpetuum, ſiue ad vitam, vel ad certum tempus, veluti decẽ annorũ. & idẽ eſt iudicandũ de tali contractu, ſicut de alio puro contractu emptionis, & venditionis, cuiuſq; rei. Si verò redditus de nouo cõſtituitur tẽpore venditionis ſuper fundo vel alia re, dixerunt quidã talẽ contractum eſſe illicitũ, & vſurariũ, vt pote quia ibi deficit merx, quæ ematur, & quia interuenit fraus de cõtractu ad cõtractũ, & in hãc ſententiam videtur inclinare Ioa. Andr. in additio. ad ſpecul. ſuper rubrica de vſur. vbi dicit, q̃ quando fructus fuiſſent certi, putà cenſuales redditus nõ ſubmiſſi fortunę, & tempus certum, plus traheretur cõtractus ad vſurã. In hanc etiã ſententiã inclinare videtur Innocen. in. d. ca. in ciuitate. dum dicit, conſulendum eſſe omnibus fidelibus, q̃ à tali contractu abſtineãt, quãdo cenſus de nouo cõſtituitur: hanc partẽ etiã tenuit Henrri. de Gandauo, prout refert Guillelm⁹ Bont. in ſuo quolibeto. vtrũm liceat emere redditus ad vitã vel in perpetuũ, vel ſint illiciti & & vſurarii, vbi refert octo media, quibus dictus Henrricus de Gãdauo fundabat ſuã aſſertionẽ, & principale motiuum iſtorũ videtur, q̃ in emptionibus & vẽditionib⁹ pecunia debet eſſe mediũ, non extremũ. l. i. ff. de cõtrahẽ. emp. nõ ergo in propoſito pecunia debet eſſe extremũ. i. res empta: quia vbi pecunia eſt res empta, ibi eſt vſura, ex quo pecunia pecuniã producit. & ſic videtur, q̃ non liceat emere redditus pro pecunia: quia hoc eſt in effectu emere pecuniã pro pecunia. vnde dicit q̃ in caſu in quo huius modi cõtractus liciti eſſent oporteret eſſe duos cõtractus, ſcilicet cõtractum emptionis fundi, & poſtea venditionis fundi ad certos redditus & tunc accipitur cẽſus, ſiue penſio de re ſua: quia de terra empta tradita & expoſita pro annuo cenſu, ſiue pro annua penſione percipitur. neq; obſtat ſecũdũ eum ſolutio aliquorũ dicentium, q̃ emẽdo penſiones vel reddit⁹ nõ emitur pecunia: ſed ius recipiendi pecuniã: quia licet verũ ſit aliud eſſe ius percipiendi pẽſionẽ, vel redditus. gl. aliud ipſa penſio vel redditus. & propterea etiam verũ ſit illud ius percipiẽdi pecuniã poſſe emi, quia eſt eſtimabile, quia ſecundũ eũ videtur non poſſe emi illud ius immediatè mediãte nuda pecunia: ſed oporteret, q̃ emat mediãte alio, putà mediãte fũdo, vel mediãte donatiõe, veluti ſi tale ius percipiendi eſſet donatum à rege. Ioa. de Ligniano, quẽ ſequitur Laurẽ. de Rodul. in tractatu ſuo de vſur. q. 18. in fi. tenere videtur eandẽ ſententiã, ſi vltra cõſtitutionẽ noui redditus interueniat pactũ de reuẽdendo. & idem videtur tenere Abb. in ſua. 5. diſputatione, incipit augerio. ¶ Contrariã ſententiã imò q̃ talis contractus ſit licitus etiã in cẽſu, qui de nouo cõſtituitur, tenuerũt multi docto. vt refert Inno. in. d. c. in ciuitate. de vſur. imo & ipſe Innocen. nõ videtur deuiare ab eadem ſententia, licet per viã cõſilij dicat abſtinẽdum eſſe ab huius modi cõtractibus: refert etiã alios, quã plurimos dict⁹ Guillel. Bõt. vbi ſupra eandẽ ſententiã tenẽtes in reſpon. ad. 7. motiuũ Henrri. de Gãdauo. hoc etiã tenet Sylueſter in ſua ſũma in parte vſura. El. 2. in verſicu. 12. quæritur. vbi dicit hoc cõmuniter tenere doctores pariſinos & canoniſtas. in. d. c. in ciuitate. ſubdens q̃ nõ videt bonã differentiam inter affictũ antiquũ & nouũ: tũ quia nõ directè & immediatè emitur affictus, ſeu redditus: ſed ius exigendi & percipiendi illum: tum, quia ſi affictus antiquus, quẽ ſecundũ omnes emere licet, fuit licite inſtitutus, quare nõ poteſt & nũc alius inſtitui & vendi? ſi verò fuit inſtitutus illicitè quaſi res de ſe iniuſta, licitè emi nõ poſſet per regul. nõ firmatur de reg. iur. lib. 6. neq; etiã poteſt dici ſecundũ eum q̃ hic non interueniat merx, quę emitur: quia imo eſt ſcilicet certus redditus ſeu ius exigendi illud. & quia tenet ẽptio ẽt fructuũ futurorũ qui ſperantur. l. neq; emptio. ff. de contrahen. emptio. vt & in iactu retis. l. ſi iactum. ff. de actio. empt. Hęc etiã pars videt approbari per duas extrauag. Martini quinti, & Calixti tertij. quę ſũt ſub titulo de emp. & vendi. in volu. extrauagan. cõmunium, vbi tales cõtractus declarantur liciti & non vſurarij. hoc etiam patet ex lege noſtra thaurina. 68. & de nouis. ll. de Madrid anno domini. 1534. petitione. 127. & in curijs Tolleti petitione. 10. vbi tales contractus permittuntur. etiã ſi interueniat pactum de retro vendendo. & iſta pars de rigore iuris videtur verior, & cõmunior inter doctores, & ſtantibus dictis declarationibus papalib⁹, nõ eſt ampli⁹ diſputandũ, prout in ſimili. q. vult pet. de Ancha. in regul. peccatũ. de reg. iur. libr. 6. in fi. 16. colu. vbi vult in. q. illa. an bona infidelium, qui nobiſcũ viuere volunt in pace poſſint capi & deprædari. in qua. q. fuit contrarietas inter Inno. & Hoſti. ſed dicit Ancharra. ibi q̃ vbi ex auctoritate Papæ caperentur, & deprædarentur, eius determinationi & diffinitioni eſſet ſtandum: neq; peccatum incurreret, qui auctoritate eccleſiæ occuparet. refert etiam Guido papæ in ſuo opuſculo de contractibus illicitis. colu. 8. q̃ iſtam opinionem ſeruat totus mundus: & Papa ſic tolerat nõ tolerantia diſſimulatoria: ſed ex certa ſciẽtia etiam inter eccleſiaſticos: & q̃ Papa conuentui Sãcti Antonij Viẽnenſi, & etiam aliquibus eccleſijs collegiatis regni Franciæ, & Delphinatus cõceſsit: & quotidie concedit facultatem, vt poſsint tales penſiones annuas emere, licet ſecundum eum nõ foret neceſſe tales licentias impetrare, cùm iure communi concedatur. & licet iſta opinio ſit vera & cõmuniter à theologis & canoniſtis approbata. ¶ Limita eam primo, quando nouus cenſus conſtituitur à dante pecuniam in perſonam ipſius, qui recipit pecuniã: quia tunc talis cõtractus ſemper eſt illicitus, & capit vſurariam prauitatẽ: nã tunc emitur pecunia pro pecunia, & pecunia inuenta eſt, vt extimet alias res, nõ vt extimet. l. ſi ita fideiuſſorẽ. ff. de fideiuſſo. & in. d. l. i. ff. de cõtrah. emptio. hęc limitatio colligitur ex dictis Innocen. vbi hoc expreſſè videtur tenere, in. d. c. in ciuitate. de vſur. & ſequitur ibi Ioan. Andr. Anto. & cõmuniter doct. & ideo dixit Ioa. de Ligna. in. c. fi. de vſur. quem refert & ſequitur Lauren. de Rodulphis in. d. tracta. de vſur. 6. q. principali. verſi. quæro. 14. habet ſtatutũ &c. q̃ ſi conſuetudo, vel ſtatutũ ciuitatis habeat, q̃ rectores vendant de pecunia ciuitatis alicui & ſuis hæredibus quinq; florenos vel decem annuatim pro centum, q̃ talis contractus eſt illicitus: niſi ciuitas conſtitueret illum cẽſum in bonis ciuitatis alijs à pecunia, & ſecundum iſtam limitationem conſuluit Franciſ. de Aretio conſil. 151. incipit viſo themate ad me trãſmiſſo. &c. ſed aduerte, quia Bal. in. l. vna. C. de his qui penæ nomine. colu. 7. verſi. & hoc facit ad quæſtionẽ. videtur velle cõtrarium expreſſe contra iſtam limitationem. dicit enim hæc verba pone ego emi à titio nomen ſuum, hoc modo: quia emo à titio pro mille redditus quinq; pro centenario annuatim. & plerique dicunt q̃ iſta non eſt vſura: ſed in contrarium facit quia iſte reddit⁹ eſt infallibilis, & eiuſdem perpetui tenoris. vnde iſte cõtractus eſt ſuſpectus de vſuraria prauitate, præſertim ſi iſte coloratus emptor conſueuerat fœnerari: pleriq; cõcedũt q̃ iſte cõtractus eſt ſuſpectus: tamẽ nõ adeo q̃ fœneratitius debeat iudicari. quod concedo, ſi in regione cõmuniter hic redditus frequentatur, & inter bonos ſeruatur, & apud mercatores hoc idem contra id quod dictum eſt in iſta prima limitatione. tenet idem Bal. in. c. vnico. ſi de feu. vaſa. ab aliquo interpellatus fuerit. verſic. ſed quid dices. vbi dicit, q̃ ſi ego emo à te annuũ reditũ de quinquaginta florenis in anno pro precio mille florenorũ,

quos tibi ſolu o⁊ quòd licet aliqui dixerunt iſtum contractum non eſſe ſine vſuratum ſcrupulo,vt alias ipſe Bal.dicit in.d.l.1.q̃ ſi tamen apponeretur pactum q̃ illa mille conuerterẽtur in emptionem præ diorum:tunc iſte contractus iuſtior eſſet,& ſi venditor nõ vult eme re,imputet ſibi:& cum hoc videtur tranſire Bal.licet ſtatim ſubdat, conſidera ſuper iſta cautela.& cogita ne per iſtas cauillationes con ſcientiam tuam lædas.Similiter & contra iſtam limitationem tene re videtur ſylueſter vbi.5.vbi poſtquam retulit dictum Io.de Lignia no.de quo ſupra,dicit ſibi videri etiam iſto caſu eſſe veram venditionem,& quòd non ſit obligatio perſonalis:ſed realis cum obligen tur bona venditoris pro redditu,mouetur per rationem veruer.& Alexand.Lombar.quam ſuperius retulit:quia cum habeamus tria bonorũ genera,mobilia ſcilicet & immobilia,& iura in vtriſq;,hoc tertium genus eſt,quod venditur & idem voluit cõradus in ſuo tra ctа.de contractibus.q.74.&.75.Caro.moli.in tracta.de vſur.& con tractibus nume.22.Io.à medina in tracta.de reſtitutio.in.q.de cenſi bus col.5.Sed propter hæc dicta non videtur recedendum ab iſta li mitatione,quę videtur eſſe magis communis inter doctores,& quia verè & realiter in hac prima limitatione non interuenit res aliqua,q̃ ematur alia,quam pecunia in effectu,& non poteſt negari quin ta lis contractus magis ſapiat mutuum ſub vſuris,vel ſaltim maximã habeat vicinitatem cum mutuo,neq; poteſt dari illud tertium gen⁹ bonorum iſto caſu,cum iſtud ius neq; cadat ſuper re mobili vel im mobili.& ſic deficit fundamentum ſylueſtri,neq; dato quòd obli get bona ſua pro ſolutione talis cenſus,tenebit talis contractus cum illa hypoteca ſit acceſſoria ad perſonalem obligationem:& emptio ipſa non contrahitur ſuper bonis aliquibus.& facit ad hoc quod di xi.5.eo.l.19.in glo.magna,quòd hypoteca velut acceſſoria debet re gulari ad perſonalem obligationem.& comprobatur hoc ex dictis extrauagantibus,cum dicunt quòd imponebatur cenſus ſuper op pidis,agris,terris,in contractu expreſsis. Et quia iſto modo & non alias,iſti contractus frequentantur,vnde tene prædictam limitatio nem tanquam veram & obuiantem fraudibus vſurarum:in vno ta men caſu non procederet iſta limitatio,ſcilicet ſi ille qui conſtituit cenſum,ſe obligando,eſſet ſolitus locare operas ſuas ad tantum pro anno:& venderet ipſas operas ſeu conſtitueret cenſum in illis,nam talis contractus licitus eſſet,vt eſt de mente Innocen.& aliorum in d.c.in ciuitate.& tenet Ange.de clauaſ.in ſua ſumma in parte vſura el.1.verſi.quid de illis colum.2.eſt enim tunc merx quæ ematur.& per prædicta poteſt etiam dici quòd ſi res ſuper qua imponitur cen ſus penitus deſtruantur,quòd cum non ſit in quo maneat iſtud ius percipiendi,quod fuit venditum liberabitur venditor à penſione, vel cenſu & periculum huius peremptionis erit emptoris,vt in.l.1. C.de pericu.& commo.rei vendite.& quid ſi res non penitus inter eat:ſed remaneat area?vi.quæ dicam.j.in gloſſ.in parte e por fuego. & plane procederet.quando cenſus ſeu redditus conſtituitur limita tè ratione talis prædij vel prædiorum,ita quòd conſtituens & eius hæredes illis perẽptis non teneantur ad ſolutionem redditus illius rei niſi ratione illius rei & quandiu illam poſsideant: ſi tamen hoc ceſſaret eſſet maius dubium cum fundus ille non ſit venditus ſed o bligatus pro certiori ſolutione cenſus & ſic principalis obligatio videtur perſonalis & alienatio prædij ſuper quo conſtituitur acceſ ſoria.quod certe multum confert ad opinionem illorum quòd poſ ſit dictus iſte annuus cẽſus cõſtitui ſuper pſonali obligatione illiusq recipit pecuniam ſed adhuc poteſt dici quòd licet fundus non ſit vẽ ditus venduntur tamen redditus ex fundo pro ea ſumma qua emũ tur & illi ſunt ſup quibus cõtrahitur,& ſic eſt ibi ius reale adherens fundo.¶Secundo limita niſi cenſus qui imponitur ſuper re non poſ ſit in totum haberi de redditibus rei,vt ſi conſtituam cenſum ſuper domo de decem,cum non poſsit conduci,niſi pro quinq;:nam tunc talis contractus eſſet illicitus & frauduloſus,ſecundum Io.de lignia. in.c.fi.de vſuris,refert & ſequitur Lauren.de rodulphis in.d.ſuo tra ctа.de vſur.12.q.in.6.folio totius tractatus:quia tunc inſurgit obli gatio perſonalis,vt in.c.illo vos de pigno.&.c.ad noſtram.de empt. & vendi.ſylueſter etiam vbi ſupra,tenet etiam talem cõtractum eſſe illicitum:& illud plus eſſe obnoxium reſtitutioni,licet proprie ſecũ dum eum non poſsit dici contractus vſurarius,ſuppoſita veritate venditionis:quia ceſſat mutuum & aduerte,quia hæc limitatio eſt multum contigua ſuperiori:quia in reſiduo in quo reſilla in qua imponitur cenſus,non ſufficit ad redditum conſtitutum quolibet anno,videtur,quòd deficiat merx,quæ ematur.& ſic contractus erit illicitus & pro reſiduo inſurget perſonalis obligatio,& contractus cenſeretur factus in fraudem vſurarum,& crederem quòd & ſi pro ſolutione talis cenſus(impoſiti ſuper re qui non ſufficit ad talem red ditum quolibet anno) obligaret venditor omnia bona ſua,quòd adhuc procederet quod ſuprà dixi:quia vt dixi in præcedenti limi tatione,requiritur quòd in bonis conſtituatur cenſus,& ad bona fiat relatio:& dato quòd quis omnia bona obliget(vt dixi)nõ per hoc videtur conſtituere centum ſuper illis bonis.vt etiam aſſerit di ctus Lauren.de Rodul.vbi.5.quæſtione.13.Quod multum tene men tu:nam forte ex hoc limitatione ſic declarata multi contractus cen ſuales à perſonis pauperibus facti ſuper rebus vel fundis,qui de lu ctis ſumptibus ſunt parui redditus ſubuerterentur,& bene facit di ctum Bartol.in.l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.ſecundo.vbi dicit, quòd aut quis vendit fructus conſtituendo ius vſufructus in re ipſi ementi:& tunc eſt alienatio,vt in.l.fina.C.de reb.alie.non alie.aut non conſtituendo:ſed ſe obligando actione perſonali ad dandos fructus.& tunc non eſt alienatio bene facit etiam ad hoc,quòd hy poteca omnium bonorum venit acceſſorie & ad executionem prin cipalis diſpoſitionis,& non debet ampliare neq; alterare principa lem diſpoſitionem,ſicut & alias habetur in clementina prima in fi. de præben.& tradit Feli.in capitu.licet de offi.ordina.& decius con ſilio.305.colum.fina.& conſilio.413.colum.fi.intellige,quod dictum eſt circa iſtam ſecundam limitationem,quando emptor non ignoraſ rauit redditus rei ſuper qua cenſus imponebatur:nam ſi ignoraſ ſet & deceptus à venditore crederet ſufficientem eſſe ad tot redditus,quanti erat cenſus tunc non eſſet illicitus talis contractus, nec videretur factus in fraudem vſurarum:imo competeret actio empti emptori contra venditorem ad intereſſe,vt in lege ſi ſterilis in prin cipio.& in.§.1.ff.de actio.empti.&.l.in venditionibus.ff.de contra henda emptio.l.12.&.l.63.titu.5.infrà eadem partita.Si verò non fuiſ ſet deceptus,licet dicat ſe ignoraſſe valorem reddituum procederet quod dixi: quia videtur affectata ignorantia,& quia explorare debuerat argumen.l.qui cumalio.ff.de regulis iuris.l.ſed & ſi pu pillus.§.conditio.ff.de inſtito.neque contra iſtam limitationem o bijci poterit de dicto Barto.in.l.fundus quem.ff.de annuis lega.cum dicit,quòd idem eſt dicere lego.10.ſuper illo fundo,quantum ſi dice ret,obligo illum fundum & ſic quòd non ſit inter hec differentia in conſtitutione noui cenſus an dicat obligo fundum vel impono ſu per tali fundo:nam licet dictum Bar.eſſet verum(quod tamen non caret ſcrupulo,vt patet ex notatis per Specul.titu.de locato.§.nunc aliqua verſicu.86.) Barto.loquitur reſpectu pignoris vel hypotecæ: caſus autem noſter eſt non reſpectu hypotecæ:ſed vt videatur in quo fuit factus contractus venditionis,ſeu vnde fuit iſte redditus venditus.& ſic quæ ſit merx quæ venditur.Præterea Bar.vult quòd idem ſit dicere ſuper fundo quantum obligo fundum:non verò di cit,quid econtra ſi idem eſſet dicere obligo fundum ad decem,quæ lego quantum ſi diceret ſuper illo fundo inter quæ in caſu noſtro longè intereſt. Hoc idem probatur ex dictis extrauagantibus,ſi ex verbis earum narratiuis licitum ſit arguere,cum narrant impoſitio nem cenſus factam ſuper talibus prædiis domibus &c.& cum dicit bonis in ipſo contractu tunc expreſsis pro ipſius cenſus ex ſolutio ne in perpetuum obligatis,ſi tamen ſuper omnibus bonis conſti tueretur cenſus:tunc bene teneret contractus cum principalis diſ poſitio omnia bona concernat,& nõ veniat tunc acceſſorie:ſed prin cipaliter vt & voluit dictus Laurentius de Rodul.in.d.13.quæſtione. ¶Tertio limita niſi in tali venditiõe cenſus interueniret pactum de re vendendo,& pretium eſſet iniuſtum:nam tunc paruitas pretij iuncta cum pacto de reuendendo,faceret præſumi contractum il licitum,& in fraudem vſurarum,vt dixit gloſſ.notabilis in capitu. conqueſtus.de vſur.quinimo & fortius eſt quod voluit Lauren.de Rodul.in.d.ſuo tracta.de vſur.quæſtione.18.in fin.quòd & ſi detur pretij iuſtitia:ſi tamen in iſtis cenſibus qui nouiter inſtituuntur in terueniat pactum de reuendendo,ex hoc præſumitur contractus il licitus & in fraudem vſurarum,quod dictum reputo falſum per ea quæ ſupra dixi:quia data iuſtitia pretij tale pactum etiam in cenſi bus ſeu redditibus qui de nouo conſtituuntur eſt licitum,& appro batur in dictis extrauagan.quando verò cum paruitate pretij con currit dictum pactum,an ex hoc præſumatur contractus illicitus & vſurarius fuerunt varię opiniones:nam quòd iſta duo ſufficiant vl tra id quod habetur in.d.glo.hoc tenuerunt Inno.Ioan.Andre.An to.Ioan.de Imol.in capitu.ad noſtram.de emptione & venditione. & plures alij docto.relati à Bartho.Cepol.veronẽ in ſuo tracta.de ſimulatione contractuum in.6.caſu principa.& per Soci.conſi.248. 2.volumine incipit nunquid ex duobus.& decius conſilio.167.cau ſa quæ coram reuerendo vicario & conſilio.308.& dicit Bald.in.l.fi. C.de condi.inſertis quòd contractus de reuendendo non eſt ſuſpe ctus,niſi ex reddituum quantitate immoderata reſpectu pretij:& multo fortius eſt ſuſpectus ſecundum eum ſi ſit ibi donationis clau ſula contrariam opinionem quòd iſta duo non ſufficiant tenue runt plerique docto.qui etiam referuntur in dictis locis,& huic par ti cum certis limitationibus adherere videtur Bartho.Cepoļę.vbi ſu pra.& etiam Soci.in.d.conſil.248.vbi plenè reſpondent ad capitu lum ad noſtram.de emptione & venditione & ad capitulum.illo

vos de pigno. ¶Ego verò in materia de qua loquimur, propter magnam vicinitatem, quam habent iſti contractus cenſuales cum mutuo, & quia propter eos charitas chriſtiana exulat, in cenſibus qui de nouo conſtituuntur adhærerem illi opinioni, quòd dicta duo prædicta, paruitas ſcilicet pretij & pactum de reuendendo ſufficiãt. cum hæc opinio habeat pro ſe gloſſ. autoritatem & valentiſsimos doctores. & quia pro ea ſatis facit text. dict. capitul. ad noſtram. nam poteſt dici quòd papa ibi non iudicat contractum vſurarium ex appoſitione pacti, quòd à ſeptennio vſq; ad nouennium poſsit reemere, poteſt enim venditio fieri ad certum tempus. l. 2. C. de pactis inter empto. & vendito. & quod ex hoc non debeat iudicari contractus vſurarius, tenet Bald. in capitu. 1. verſicu. quæro de quibuſdam. de feud. dat. in vicem. l. commiſſo. non ergo propter hoc pactum poteſt dici, quòd fundetur diſpoſitio. d. c. ad noſtram. ſed ex paruitate pretij cum pacto de reuendendo, ſiue purè, ſiue ad certum tempus. & quod ibi ponit papa de ſeptennio ad nouennium, fuit contingentia caſus. Ratio fundamentalis eſt, quia non præſumitur animus vendendi ex paruitate pretij, cum pacto de reuendendo. & ideo fortè. l. regni. 1. titu. 3. lib. 8. ordina. rega. quæ iudicat contractum vſurarium ex pacto de reuendendo cum dicto pacto, quòd vſque ad certum tempus non poſsit redimi, debet intelligi data paruitate pretij: nam ſi pretium eſſet iuſtum ex hoc pacto, non poſſet contractus iudicari vſurarius, prout & dicit Bar. Cepol. in dicto ſuo tractatu in decima præſumptione & ſatis probatur in dicto capitu. ad noſtram. & credendum eſt promulgatorem illius. l. regni in hoc habuiſſe reſpectum ad diſpoſitionem iuris canonici: & quia contra ius canonicum ſeu in caſu in quo deficeret iuris canonici diſpoſitio, non valeret ſtatutum laicorum, per quod ex certis coniecturis contractus præſumeretur vſurarius, vt teſtatur Frederi. de Senis conſilio. 96. incipit. apparet quædam lex. & ſequitur Abb. in capitu. cum contingat. de iure iuran. Felinus in capit. eccleſia ſanctæ Mariæ colum. 22. de conſtitu. ¶Sed quod dicetur iuſtum pretium, vt perpendatur in his contractibus paruitas pretij? Abb. notabiliter in dicto capitulo. ad noſtram. dicit quòd non ſufficeret quælibet iniuſtitia pretij: ſed oporteret q̃ pretium ſit valde tenue, reſpectu valoris rei: quia propter pactum de reuendendo, res minus valet argumen. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione. & voluit hoc etiam Socinus, qui alleg. Abb. in. d. conſilio. 248. in fi. qui & pro hoc allegat in argumen. notata per Bart. in. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebellia. & in. l. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam. & hoc docet experientia, cum propter tale pactum communiter res vendatur minori pretio, quam venderetur, vbi non interuenit tale pactum. & bonum eſt ſumere argumentum ab experientia, vt in clementi. diſpendioſam de iudi. capi. multis. 40. diſtinctio. c. quam ſit. de electio. libr. 6. opinionem tamen contrariam quòd nihil diminui debeat de verò & communi pretio, ratione dicti pacti, tenet Barto. Cepol. in. d. ſuo tractatu. tertia præſumptione ad fin. & Guido papæ, qui & loquitur in terminis iſtarum annuarum penſionum in ſuo opuſculo de vſuris. fol. 3. colum. 1. verſi. ſed iuxta hoc quæro. & in deciſione parlamenti delphynalis. quæſtione. 516. vbi tenet expreſſe quòd ſi non interuenit iuſtum pretium, ſecundum communem valorem rei, tunc interueniente pacto de reuendendo, contractus præſumitur fœneratitius. alleg. gloſſ. in. d. c. conqueſtus. & dicit quòd ita ſemper vidit ſeruari, mihi verò placet prior opinio quia negari nõ poteſt ratione talis pacti rem minus valere, emptoremq; ratione talis pacti, non ita plenum ius habere acſi tale pactum non interueniſſet, & quia pecuniam ſuam poſſet in prædia & alia ſibi vtiliora conuertere, quæ ſibi & hæredibus prodeſſet. & cum emit ſub hoc pacto, videtur in ſuſpenſo ſuam habere pecuniam, cum quotidie ſperet talium reddituum redemptionem, & hoc videtur approbatum ex dicta. l. regia de madrid. quæ iſtos cenſus in pane & vino &c. conſtitutos taxat ad rationem. 14. millium pro miliario. & forte poſſet dici quòd ſaltim quarta pars vel parum vltra pretij veri & communis, ſi ceſſaret tale pactum poſsit minui ratione talis pacti & ſi vltra minueretur dicatur paruum pretium, hoc videtur ſuaderi ex diſpoſitione dictæ. l. regni iuncto. §. quia verò leonis. in auth. de non alie. collatione ſecunda. & gloſſ. in autenti. perpetua. C. de ſacro ſanctis eccleſijs. & gloſſ. in. d. §. quia verò leonis. ſuper verbo faciendam. & gloſſ. iuncto text. in. l. circa. ff. ad legem falcidiam. & etiam ex gloſſ. in. §. hoc ius porrectum. 10. quæſtione. 2. ſuper parte diſtractę. & cum videamus ſi num miliarium perpetuum ſeu redditus perpetui communiter valere ad rationem triginta millium morapetinorum & vltra ſatis erit quòd ratione dicti pacti minuatur quarta pars & ſic dentur viginti & duo miliaria cum dimidio ad minus. pro quolibet miliario & ſi imponatur cum pacto de reuendendo & cum pretia varientur ex tempore non ſtetur taxationi dictæ. l. de madrid. ſed vt communiter redditus perpetui valeant conſideretur, & maxime in iſtis regnis vbi rariora ſunt commercia & minora lucra quæſtuaria & non ſolent homines tam aſsidue & late negotiari prout ſolent in italia & gallia. ¶Poſſent etiam addi aliæ limitationes, quæ colliguntur ex notatis per Abb. in dicto capitu. ad noſtram in fine & per Ioan. Andre. poſt Hoſti. ibidem & ex illis præſumptionibus à Cepol. traditis in dicto ſuo tractatu de ſimulatione contractus. Hæc tamen tanquam principiliora tetigiſſe ſufficiat, conſulo tamen cum Innocen. & aliis grauibus docto. abſtinendum eſſe, prout ſemper abſtinui, ab huiuſmodi contractibus: quia vt dixi ſupra, propter eos chriſtiana charitas exulat in hac materia ſcripſit chariſsimus filius meus licenciatus didacus piçarro quendam tractatum qui habetur in ſtampa qui vt vir timoratę conſcientię cupiens ſalutem fidelium quantum potuit reſtrinxit iſtum contractum. poteritis videre ſi placeat. ego quæ dixi ſentio in iſta materia correctioni melius ſentientis me ſubmittens

a ſu vida de aquel que la reſcibe, o de ſus herederos b o ſegund ſe auie-

¶Et poteſt dici, quod vigore talis licentiæ regiæ,quæ eſt in vſu, quod poſsit facere maioriam,cum vinculis,reſtitutionibus,& ſubmiſsionibus,quibus vellet,quòd poterit condens maioriam dare filio ſuo,in quem fecit maioriam poteſtatem eligendi vnum filium, quem vellet,vt in ipſa ſuccedat,licet in caſu quo nõ cõcederet,ſuccederet maior,vt dixi(cum hoc ſit de more maioricatuũ Hiſpaniæ) cum princeps eius arbitrio hoc reliquerit, tenebit talis ordinatio, Non tamen poterit talis filius,quem elegerit eligere temporaliter, ſeu vſque ad certum diem:imo talis electus per filium,debet habere maioriam toto tempore vitæ ſuæ,hoc probatur per text.in.l.fina.§.ex die.iuncta.lege prima quam glo.ibi allegat.ff.de aſsignan. liber. quod ſine dubio procederet,quando ex verbis primi diſponentis appareret quòd ſic electi debebant poſsidere ad vitam,vt ſi inueſtituræ tenor,ſeu maioricatus diceret:filius meus eligat vnum de filiis ſuis, tempore ſuæ mortis.& ille ſic electus poſsit etiam tempore ſuæ mortis,vel in vita eligere vnum de filiis ſuis,idem tamen crederem,& ſi iſta verba vel ſimilia non eſſent in inſtitutione maioriæ:nam talis electio non debet eſſe temporalis,vſque ad certum diem, argumen.dictę legis fina.§. ex die.cum gloſſ.ibi & quia tam princeps,qui facultatem concedit quam conditor maioriæ,in vocationibus & fideicommiſsis, quæ faciunt habere videntur reſpectum ad conſuetudinem maioratuum, Hiſpaniæ,quæ eſt vt ſuccedatur ad vitam,non ad certum diem:vt in ſimili tradit Andre.Sicul.in conſilio decimo.ſapienter ſcribitur.in princip.& per totum. ſecundo volumine.& Decius.in conſilio.397.viſo puncto.tertio volumine.& luxta nota.per Bartol.in.l. hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebellia.

¶Aduerte etiam,quòd vigore talis facultatis,non videtur princeps concedere,quòd faciat maioriam in fauorem filij,qui ſit inimicus regis,bonus tex.in.l.Lucius.§.Lucius Titius damam.ff.deleg.ſecundo.facit bene lex fin.C.de pact.inter emp.& vendi.per quam.l.gl. & Bald.in capitu.1.in princi.de proh.feu.alie.p Fred.vbi Bal.col.tertia.dicunt quod ſi dominus det licentiam vendendi feudum amico,non poterit vaſallus vendere inimico domini,& facit quod no. idem Bald.in.§. porrò.columna prima.quæ ſit pri. cauſ. beneficij amit.de vaſallo fideiubente pro inimico domini.adde quod not. Barto.in extrauagan.ad reprimendum.in gloſſ.ſuper verbo videbitur verſiculo ſecundo.caſu principali.In contrarium tamen facit,quod not.Bald.in.l.id quod pauperibus.columna octaua.verſi. vigeſimoſecundo.quæritur. C. de epiſcopis & cleri.in quæſtione. an executor teſtamenti poſsit eligere pauperem inimicum teſtatoris,vbi dicit,quod ſi talis erat odioſus & indignus, quod tunc non poſsit eligi per nota.in.l.fideicommiſſum.C.de fideicommiſſ. ſecus ſi erat odioſus,& non indignus: quia cum teſtator deceſsit confeſſus,& contritus,iſtud odium remiſit in extremis,vt notatur inſt. de iniur.in fin.& ſubdit quod de hoc fiat articulus.

¶Sed an comprehendatur filius poſthumus in facultate ad faciendum maioriam in vnum ex filiis?videtur quod ſic.vt in.l.ſi quis operas.ff.de oper.liber.

¶Sed pone, quod quis impetrauit à principe licentiam faciendi maioriam in vnum ex filiis ſuis ſimpliciter,non adiecto quod poſſit grauare in legitima alios filios,an poterit eos grauare virtute talis facultatis? dicendum eſt quod non,& ſi rex in licentia poneret,vt liberè poſſet per tex.nota.in.l.ſi quando.in princip.C.de inofficio.teſtamen. & tradit in ſpecie.Roderi.Suarez.vbi ſupra folio. ſexageſimoſexto.columna prima.& adde quæ not.Abb.in capitu. dilecti.de iudic.verſicu.quid ſi poteſtas cum ſequenti.non ergo vi-

gore talis ſimplicis facultatis poterit ponere aliquas conditiones, contra ius: vt patet ex prædictis.

¶Sed an ille, qui habet licentiam regiam ad maioriam faciendã in filium, ſi non haberet filios legitimos poſſit illam facere in filium ſpurium, tetigi ſupra & crederem quod non: quia in tali generali licentia non comprehenditur incapax. vt in dicta lege Lucius. §. Lucius Titius damam. & quæ notat Baldus in lege eam quam. C. de fideicom. & facit bene quod not. Paul. de Caſt. in l. Lucius. §. in teſtamento. ff. delega. primo. in quæſtione illa de teſtatore, qui inſtituit vxorem, & grauauit, vt poſt mortem ſuam reſtitueret, vel diſtribueret bona inter pauperes, quos ſibi placuerit vni, vel pluribus. & dicit Paul. quod in tali generali grauamine, non includitur perſona incapax, argumento. dictę legis Lucius. §. Lucius Titius damam. allegat etiam Specula. titu. de inſtrumen. editio. §. nunc vero aliqua. in additio. incipien. continuatur etiam hic alia quæſtio. & idem voluit Barto. in. l. fina. ff. de his quibus vt indign. in eadem quæſtione. licet Paul. ibi referat Barto. in contrarium.

¶Talis etiam licentia non prodeſſet, quantuncunque latiſſima eſſet data poteſtas, ſi ille cui datur, eſſet incapax factionis teſtamenti, vel diſponendi alias de ſuis bonis, vt eſt text. cum gloſſ. in. l. verbis. ff. de verborum ſignifica. facit. §. in extraneis. inſt. de hæred. qualita. & differ. & etiam dicta lex ſi quando. in princip. adde pro hoc bonum text. in capitu. ſi gratioſe. in fin. de reſcript. libro ſexto. & c. dudum. el ſecundo de electio. & ſic in hoc magis vincit, ſeu operatur impotentia, quam priuilegium text. & ibi Bald. in. l. Titius. §. Romæ. ff. de excuſatio. tuto. quia ſecundum Philoſo. actus actiuorum ſunt in patienti bene diſpoſito. capitu. venerabilem. de electio. quod intellige, niſi princeps ſciens illum incapacem ea incapacitate, ſuper qua princeps diſpenſare poſſet dediſſet ei, hanc facultatem: quia videretur cum eo diſpenſare. l. idem Vlpianus. ff. de excuſatio. tuto. l. quidam conſulebant. ff. de re iudica.

¶Ex quo poteſt dici quod ſi rex facta ſibi relatione quod quis poſſidebat aliquam villam titulo maiorię dedit liberam teſtandi factionem de tali villa ei qui illam poſſidebat quod ex tali licentia poterit diſponere etiam in præiudicium ſperantis maioriam: quia erat ſequens vocatus & ad hoc vide bonum tex. in. l. etiam. in princip. ff. de bon. liber. quod procedere forte poſſet in maioria quę habetur ex lege ciuili vel à ſolo principe non tamen forte in ea quæ haberetur ex contractu ſeu de iure gentium in quo princeps non diſpenſat vt plene deduxi in quadam mea allegatione in fauorem marchionis de monte mayor.

¶An autem vigore talis facultatis, qua ſibi conceditur, vt faciat maioriam in vnum ex filiis, poſſit duas maiorias facere, in duos vel plures ex filiis, vel plures filios vocare ad eandem maioriam? videbatur quod non per text. in capitu. recepimus. & capitu. porro. de priuileg. vbi habetur, quod in priuilegiis debet ſeruari iuxta eorum tenorem, pro hoc etiam videtur text. in. l. qui ſoluendo. la prima. ff. de hæredib. inſtitu. & ibi glo. nota. ex qua videretur dicendum, quod teneret primæ maiorię conſtitutio. non verò ſecundæ. in contrarium tamen eſt bonus text. in lege prima. in princip. iuncto. §. quanuis. ff. de aſſign. libert. cuius verba ſunt, quanuis in ſingulari ſermone ſenatusconſultum ſcriptum eſt, tamen & pluribus liberis & plures libertos libertas ve, poſſe aſsignari certum eſt. Item etiam ſi teſtator mandauerit reſtitui rem vni de familia, poteſt fieri reſtitutio duobus. l. vnum ex familia. §. ſi duos. delega. ſecundo. & ibi Barto. & Ioan. de Imol. & Paul. de Caſt. & Bald. in verſiculo itaque. eiuſd. legis & per Barto. in. §. ſed & ſi fundum. eiuſd. l. vbi idem vult eſſe econtra, vt ſi rogetur reſtituere pluribus, poſſit reſtituere vni tantum: & ſic ſi data eſſet licentia ad maioriam in plures filios, poterit fieri in vnum tantum, & iſtam partem credo veriorem: nam licitum eſt recedere aliqualiter à forma data per diſponentem: dum modo non recedatur à mente, vt not. Bald. in dicta lege vnum ex familia. Imol. in dicto. §. ſi duos. cum enim mens principis ſit dare in hoc iſtam facultatem, ita vt reguletur ſecundum voluntatem & diſpoſitionem eius, cui dat: de mente principis eſt concedere in vnum vel plures, prout condens maioriam voluerit, ſicut etiam indict. l. vnum ex familia. in princip. &. §. ſi duos. mens teſtatoris ſeruatur, quæ fuit ne res exiret de familia, quod conſeruatur, ſiue reſtituat vni, ſiue pluribus de familia: & præſertim procederet vbi bona eſſent tanta, quod ſufficerent ad vnam vel plures maiorias, prout etiam tradit Paul. de Caſtr. vbi ſupra. cum tractat de relicto pro hoſpitali fabricando, quod poſſunt per executorem fabricari plura, ſi bona ſufficiunt. hoc etiam confirmatur ex. l. decimanona. in ordina. tauri. vbi habetur, quod licet ex lege fori permiſſum fuerit meliorare in tertio vnum ex filiis, poterit pater ſi voluerit meliorare plures, cuius opinionis fuit doctor. dę ſegura. in repetitione. d. §. ſed & ſi fundum. folio octauo columna ſecunda. verſiculo ſexto. & folio decimoquarto columna prima. in fin. & hoc planè procedit, quando licentia data fuit, vt poſſit maioria fieri in vnum filium: quia quod fiat in plures, maior fauor eſt filiorum, & mens concedentis non repugnat: quando verò licentia data fuit, vt poſſit facere in duos vel plures filios: tunc non videtur, quod poſſit tantum fieri in vnum: quia hoc eſſet in damnum alterius filij, cui etiam princeps voluit prouidere, vnde non videtur tunc poſſe à forma licentiæ recedi per ſupradicta: & non obſtat, quod habetur in dicto. §. itaque. &. §. ſed & ſi fundum. quia ibi non repugnabat mens teſtatoris, quæ fuit, vt bona remaneant in familia, quæ etiam iſto modo conſeruatur: & bene facit, ad hoc quod per illum text. not. Barto. in lege prima. ff. de opt. lega. vbi dicit, quod ſi teſtator inbet diſtribui bona ſua inter pauperes, eligendos per talem, quod ille non poterit eligere vnum tantum, & ei dare omnia. allegat etiam l. tertiam. ff. de ann. lega. Ioan. de Imol. tamen in hoc de vno tantum paupere, an poſſit eligi? vult in. d. §. ſi duos inſpiciendas eſſe aliquas coniecturas, vt ex eis conſtet de mente teſtatoris, vide ibi per eum. Et ex prædictis patet reſpon. ad dictam legem qui ſoluendo: quia ibi tractatur de præiudicio creditorum, quod in quæſtione prædicta an poſſint fieri duæ maioriæ, ceſſat.

¶Et an virtute facultatis faciendi maioriam in vnum ex filiis poſſit facere filio qui eſt, in poteſtate per viam donatiõis? videtur quod ſic ex. l. decima ſeptima. in ordina. thauri. & ex dicto Bald. in auten. ſi quas ruinas ver. iuxta hoc quæro vtrum. C. de ſacroſanct. eccleſi. Paulus in lege ſi quando. in princip. ff. de lega. primo. & an poſſit fieri in poſthumum vide. l. antepenulti. ff. delega. primo. quod fic. & an in filium extantem apud hoſtes vi. l. illa. §. primo. ff. de hæredib. inſtituen. & tex. cum glo. in. l. hæredis. ff. quando dies lega. cedit.

¶Sed pone, quod rex conceſsit priuilegium faciendi maioriam, in vnũ ex filiis: cùm pater plures filios haberet, an poterit facere maioriam in nepotem ex vno ex filiis? eſt aduertendum ad deciſionem huius quæſtionis, quod appellatione filij non comprehenditur nepos, quando agitur de præiudicio alterius, ita quod eſt merum priuilegium: ſecus ſi eſſet beneficium, ſecundum Barto. in. l. liberorum. columna tertia. ff. de verborum ſignifica. tex. & ibi Bald. in. l. ſed & milites. in princip ff. de excuſatio. tuto. Bal. in. §. quia vidimus. de his qui feud. dare poſſ. vnde videtur, quod non poſſit fieri maioria in nepotem extantibus aliis filiis. ipſis tamen deficientibus, ſi euenerit caſus, quod vnicum tantum haberet nepotem naturalem, & legitimum ille comprehenderetur ſub licentia, quatenus tamen tangeret in præiudicium legitimæ, neceſſarius eſſet conſenſus talis nepotis, iuridicè præſtitus iuxta id quod habetur in. l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffici. teſtamen. & licet tali caſu ſine licentia principis, fieri poterat maioria: adhuc tamen multum eſſet regis licentia proficua, vt vincula, & ſubmiſsiones, & reſtitutiones extendantur vltra quartam generationem, iuxta ea quæ habentur in auten. de reſtitu. fideicom. & ad alia veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis, tranſlationem dominij: ſi tamen nepos eſſet baſtardus ſeu naturalis, tunc non comprehenderetur: cum vt ſuperius dixi, princeps videatur intellexiſſe de filio legitimo, & naturali: vnde in dubio non comprehenderetur, niſi aliud conſtaret de voluntate regis, & quod ſuperius dixi, quod ſtantibus aliis filiis, nepos non comprehenderetur in facultate, intelligerem niſi pater talis nepotis iam deceſsiſſet: quia cum tunc intret in locum patris, videtur quod in eo poſsit vigore facultatis conſtitui maioria. ad quod facit bene doctri. Barto. in. d. l. liberorum. colum. quarta. quod ſtatutum quod extantibus filiis fœmina non ſuccedat, procedet ſtante nepote maſculo, patre mortuo: & procederet hoc & ſi in licentia regia contineatur, quod poſsit facere maioriam in filium ex ſe natum: nam mortuo patre nepotis comprehendetur nepos, ex notatis per Barto. in dicta lege liberorum. ad fin. quinte colum. & intellige iuxta prædicta, quando nepos iſte exiſtentibus aliis filiis, intraret locum patris, vel ſi eſſet ſolus, fieret de eius aſſenſu quatenus tangit ſibi præiudicium in legitima, per ea quæ dixi. & Barto. tradit. in. d. l. liberorum. columna tertia. & glo. in. l. filij. ff. eodem. de verborum ſignifica. Imò & forte poſſet dici quod dato quod viueret pater talis nepotis ſi maioria fieret in nepotem teneret & videretur relicta filio ex quo eius contemplatione relinquitur nepoti filio eius. pro quo videtur bonus caſus qui loquit in ſortioribꝰ terminis in. l. ſecunda. cum principio. &. §. 1. legis ſequentis. ff. de aſsign. liber. & facit. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. & ibi Barto. &. ll. quæ diſponunt quod aliquid relinqui patri, ſufficit ſi relinquatur eius filius in poteſtate. l. tertia. ff. de lega. preſ. & tuenda eſt diſpoſitio patris vt ſaluet meliori modo quo poſsit. l. penul. ff. de teſtamen. milit. & confert ad hoc. l. 18. in ordin. thauri. & facit bonus text. in. l. ſecunda. §. ſi mater. verſicu. & quid ſi nepotibus. ff. ad Tertull. qui tex. etiam in materia pœnali loquitur crederem tamen idem eſſe verius quod ſtan

te filio non posset fatere in nepotem vi. Alexan. in. l. hæredes mei, §. peto. ff. ad Trebel. & quòd non acquiratur patri videtur casus in. l. sed si mortis. §. hoc autem. ff. de lega. pref. & ibi Barto. nisi fieret nomine patris conferendo acquisitionem patri vt est text. ibi in. §. sequẽ. & bart. in dict. §. hoc autem, & vide Soci. consilio ducentesimo quadragesimoprimo, columna decima volumine secundo. & adde ad prædicta Barto. quod non posit fieri in nepotem filio stante in l. gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. & posth. & Ioan. de Pla. in. l. i. C. de priui. eo. qui in sacro pala. mili. lib. xii.

¶Quid tamen si vigore regiæ licentiæ datæ in forma solita, pater inter viuos seu per viam vltimæ voluntatis, constituit maioriam in vnum filium, post cuius mortem vocauit nepotem eius filium, & filius in vita patris decessit, nondum habita maioria, an tenebit constitutio in personam nepotis? Christofo. de Miess. vir præclari ingenij & satis mihi venerandus, qui obiit sub religione Seraphici Frãcisci, qui composuit tractatum intitulatum triumphus christi, contra infideles: in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia maioriæ, quas in discursu sui studij collegit succinctè & non pleno calamo: sed indigestè sperans dante deo plenius tradere, in quæstione ista inclinauit, quod non teneret maioria in personam nepotis, nihil allegans: nisi tantum, quod videtur noua maioria in personam nepotis, ad quem facultas se non extendebat quando nepos esset solus: & non starent alij filij iuxta ea quæ supra dixi. solum allegabat nota. per gloss. in. d. l. filij & per Barto. in. d. l. liberorum. colum. tertia. Ego vero in quæstione ista contrarium tenerem: quia ex quo auus constituit maioriam cum facultate in filium, cui substituit ex vigore eiusdem nepotem, licet filius decedat viuo patre, & auo nepotis, nepos venit ex maioria facta per dictam facultatem, & in persona eius non est noua maioria: sed antiqua. argumen. l. vnum ex familia. §. primo. ff. delega. secundo. & quia siue dicamus substitutionem huius nepotis vulgarem, vel compendiosam, non est quod obstet quin nepos succedat ex substitutione, licet pater eius in vita aui constituentis decesserit: licet enim institutus decedat in vita testatoris, substitutus nepos succedit ex vulgari, vt in. l. si pater filium. ff. de vulga. & pupilla. l. Thais. §. splendophorus. ff. de fideicommissa. liber. gloss. & Bartol. in. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. quod etiam procedit etiam si institutus vocetur ex vulgari contenta in compendiosa: nam & si institutus decederet viuo testatore, substitutus admittitur ex vulgari: sic in compendiosa contenta, secundum Cyn. in. l. precibus. C. de impuber. & aliis substitu. & Barto. in lege centurio. ff. de vulgari & pupilla. Bald. quinto volumine consilio centesimoseptuagesimo. incipit quidam Nicolaus. confirmatur etiam ex decisione. l. Lucius. quæ est antepenul. in. §. filiam. ff. delega. secundo. vbi habetur, quod relictum in defectum institutorum & substitutorum, censetur repetitum ab hæredibus, etiam venientibus ab intestato: & si non apponatur alia clausula codicillaris. facit etiam. l. hæc conditio. in pri. ff. de conditio. & demonstra.

¶Sed quid si rex concesit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filiis, quem vellet eligere & fecit in vnum ex pluribus qui viuo patre decessit sine filiis & maioria reuersa est ad patrem, an poterit eiusdem facultatis vigore eligere alium filium & in eum facere maioriam? casus videtur quod non in. l. cuius bonis. ff. de cura. furio. & quia facultas expirauit in prima electione. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum signific. quod de plano videtur procedere si primus filius acceptauit & habuit maioriam & sic actus vigore facultatis fuit perfectus: si enim non venit in filium maioria & ante eius acquisitionẽ mortuus esset videtur quod posit eligere alium filium argumento. c. si compromissarius. & capitu. si electio. de electi. lib. sexto. & tradit Oldrald. consilio quinquagesimoseptimo incipit papa reseruauit. & conserunt quæ tradit Felin. in capitu. innouamus. de treuga. & pace in limitationibus ad dictũ. §. hoc sermone. Item si cõditor maiorię reuocasset illam in casu quo potest iuxta. ll. thaurinas videtur quod non posit sine noua facultate iterum illam facere per dict. §. hoc sermone. & l. multum notabilem in. l. matrimonij. ff. qui & à quibus manu. libe. non fiãt. l. cum vir. ff. de conditi. & demonstra.

¶Quid autem si rex concesit licentiam faciendi maioriam, in talem filium, putà petrum an posit pater, eo mortuo facere maioriam, incipiendo à persona nepotis filij illius defuncti? & videtur tali casu dicendum, quod non per text. nota. in. l. si ita quis. in princi. ff. de testa. tute. in versicu. si quis filio. in glos. paruula ibidem: cum dicit non expresso proprio nomine, vbi etiam Barto. colligit, quod appellatio filij expresso nomine proprio, non comprehendit alium, quam filium sic specialiter nominatum. facit. l. Gallus. §. instituens. & per totam illam. l. ff. de liberis & posthum. vbi institutio facta de filio, non extenditur ad nepotes. & facit quod not. Barto. in dicta lege liberorum. columna secunda. versiculo aut tractamus. vbi allegat dictũ. §. instituens. adde tex. cum gloss. in. l. Neratius. ff. de regulis iuris.

¶Et idem esset eadem ratione dicendum, vt concessa facultate in talem filium, quod illo mortuo, non poterit fieri in alium per prædicta.

¶Sed pone, quod dedit rex facultatem faciendi maioriam in filium titium, qui mortuus est, & postea natus fuit sibi alius filius, quem vocauit pater similiter titium, an poterit in illum constituere maioriam? videbatur quod sic, per text. nota. in. l. filiæ. §. à titia. ff. de conditio. & demonstra. qui videtur esse casus quæstionis, Contrarium tamen credo: quia destructa re destruitur etiam priuilegium: & si reædificetur, non habebit illud priuilegium, nisi eiusdem priuilegiantis autoritate fiat, per notata. per docto. signanter per Ioan. de Imol. in lege inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligatio. ad fin. sic etiam videmus. castra vetera inhabitata refici non posse, nisi autoritate principis, secundum Innocen. in capitu. Pisanis. de restitutio. spolia. Bald. in. l. prima versiculo. in initio. ff. de offic. præfect. vrb. facit etiam. l. pater. §. Tusculanus. ff. delega. tertio. neque obstat. d. lex filiæ. §. à titia. quia ibi fumus in casu, qui tantum pendebat à voluntate testatoris, de cuius mente ideo præsumitur, non reuocasse legatum ancillæ Agatheæ. de qua ibi: quia aliam, quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocauit eodem nomine agatheam. in quæstione vero nostra hoc non dependet à potestate patris constituentis maioriam: sed à potestate, & licentia regis, & huius sententiæ fuit dictus Christopho. de Mie. vir doctissimus in dictis suis quæstionibus.

¶Quid autem si rex concedit licentiam faciendi maioriam, prout ipse vellet, liberam sibi in hoc potestatem concedens, an per hoc solennitates iuris ciuilis, & incapacitates hæredum videntur sublatæ, vt sic tali casu posit relinquere maioriam alicui incapaci? videtur quòd sic, vt in lege prima iuncta. l. neque. in. §. deportati. & quæ ibi Barto. ff. de testamen. mili. cogita tamen & vide quæ superius dixi. & per talem clausulam non tolluntur ea quæ sunt iuris naturalis sed quæ sunt iuris ciuilis.

¶Quid autem si quis fecit maioriam cum licentia principis, quæ expirauit post factam maioriam, postea verò constituens cancellauit, seu incidit instrumentum maioriæ: postmodum pœnitentia ductus, vult illam valere, an posit? & videtur quod non: quia licentia expirauit per constitutionem validam, quæ facta fuit: vnde cum pœnitet & vult, quod valeat reperitur sine licentia. facit text. in lege penul. §. fina. ff. de bonorum possessio. contra tabu. ibi neque putauerit quisquam nuda voluntate constitui testamentum.

¶Præterea eadem solennitas requiritur in actu reparando, quæ in faciendo. l. si vt proponis. la secunda. C. de nupt. & quod ibi not. Bald. & multa in materia cumulat Iason. in repetitio. l. quominus. ff. de flumi. in fina. quæstione de Molendino in totum destructo. In contrarium tamen videtur quod not. Abb. per tex. ibi in capitu. per tuas. de dona. in quarto nota. vbi not. quòd qui reintegrat, non dicitur de nouo facere: vnde licentia prius concessa, durat in tali reintegratione, & dicta lex si vt proponis. non videtur obstare: quia ibi erat ius patri quæsitum ex diuortio ad dotem, quam dedit filiæ: in casu vero proposito nullum ius erat quæsitum regi, ita vt ab eo noua licentia requireretur. Præterea de mente principis fuit concedere licentiam, nedum ad primum actum constituendi maioriam, licet validum: sed etiam ad secundum actum, si primus ex aliqua causa corruerit: sciebat enim princeps istum actum de sui natura reuocabilem vsque ad mortem. l. quadragesimaquarta. in ordina. tauri. vnde iuxta naturam actus videtur dedisse licentiam, argumento. l. fi. & quæ ibi notantur. C. de non numera. pecu. & etiam de constitutione maioriæ, quæ effectum haberet sensit non de reuocabili, iuxta ea quæ latè tradit Felynus. in capitulo secundo. de treug. & pac. ad intellectum. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatio. & conferunt multum in ista materia notabilia verba Bald. per text. ibi in capitu. cum accessissent. de constitu. columna quinta numero decimoseptimo. vbi ponit hæc verba. Item no. quod vbi resurgit dignitas, resurgit confirmatio dignitatis: quia resurgit per dispositionem iuris communis: neque est opus, quod papa de nouo confirmet statutum, super hoc edictum ex quo non intelligitur noua creatio: sed quodammodo redire ad naturam suam facit. l. deferre. §. fina. ff. de iure fisci. l. fina. ff. de mino. ibiq; respondet Bald. ad. d. l. si vt proponis. & paulò inferius eodem numero dicit: oportet, quod in noua creatione interueniat autoritas summi pontificis: sed in reparatione non requiritur noua autoritas Papæ, subditq; notabilia verba porrò non dicitur omnino extincta, quando supereſt aliqua spes, vel indicium reparationis, vel aliquis habitus vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ nop

cantellatis:allegat.l.peculium.§.ſi opem.ff.de pecul.quod ſatis confert ad quæſtionem iſtam: nam hic licentia regis non fuit inciſa:ſed manſit originalis & in regiſtro, quam cum conſtruens non incidiſſet ſeu incidi feciſſet, non fuit actus maioriæ totaliter deſtructus: nã manſerunt reliquiæ licentiæ(vide q̃ dixi in.l.vigeſima quarta titulo primo eadem partita.&.l.fina.ff.de his quæ in teſta. delen.) imo & infortioribus terminis ego induco dictum capitulum.cum acceſsiſſent:nam certum eſt quod noua dignitas non poteſt creari in eccleſia,ſine licentia papæ.vt in capitulo primo vigeſimaſecunda diſtinctione.& tamen ea ratione:quia ab antiquo illa dignitas primiceriatus: de qua ibi fuit in illa eccleſia licet poſtea autoritate papæ illa dignitas fuiſſet extincta:tamen potuit ſolum capitulum illam reparare ex primeua licentia,licet extinctio autoritate papæ facta fuiſſet, quod eſt ſingulare ad iſtam quæſtionem vt & ſi rex conſenſiſſet reuocationi maioriæ factæ:per conſtituentem tantum ſi cõſtituens valet pœnitere & reparare maioriam, poterit ex primeua licentia.

¶Et quid ſi licentia regis detur Titio comiti,& ſic ſub nomine proprio & dignitatis:an ſi Titius comes illa nõ vtaf,poterit vti eius ſucceſſor?decide ex his quæ dicit Baldus.in capitulo primo.§.Marchio. verſiculo.Pone conceſſum eſt priuilegiũ.de his quæ feudum dare poſſunt.Et facit quod notat Bald.in lege prima.§.ſi defunctus.ff.de rebus eorum.

¶Sed quæro de pulchra quæſtione,ſæpe,vt ex more videmus,rex ſolet concedere facultates ad vendendum,& alienandum aliquas res maioriæ,ſeu obligandi eas pro dote & arris:quod de iure videtur principem facere poſſe: cum ex eius priuilegio vires ſumpſit maioria,iuxta nota.per Bald.in lege qui ſe patris.C.vnde libe.columna antepenul.& traditur in pleriſque locis,& facit ad hoc quod not.Bald.in capitu.primo.§.hoc quoque.columna ſecunda.verſicu. accidit quæſtio.de ſucceſsio.feud.& quia ſi lex mortua introduxit res prohibitas alienari pro reſtitutione doris,vel alias,vt in autenti. res quæ.C.communia delega.idem dicendum in lege viua,quæ eſt princeps,An ſit dare aliquem modum,vt regi tollatur poteſtas dandi talem facultatem,ex qua poteſt venire ſubuerſio maioriæ?& videtur dicendum,quod ſic ſcilicet quod licentia ad maioriam detur propter pecuniam,vel in remunerationem,ſeu ſolutionem alicuius ſeruitij,vel quia princeps ſibi aliquid debebat,& principem liberauit hoc acto, vt daretur ſibi talis licentia:quia cum tali caſu habeatur licentia mediante contractu:cum principe erit irreuocabilis,& non poterit princeps in eius ſubuerſionem dare prædictam facultatem vendendi,ſeu extrahendi aliquam rem à maioria,quod probatur ex nota.per gloſſin lege quod ſemel.ff.de decre.ab ordin.facien.&.l.ſecunda.ff.de iur.immunita. & Bartol.vtrobique.& idem Barto.in.l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.Bald.in dicta lege qui ſe patris.Paul.de Caſt.in.l.digna vox.C.de legib.

¶Notabis tamen ſingulariter ad id quod dixi principẽ poſſe dare talem licentiam vendendi,vel alienandi,quod ſi poſſeſſor maioriæ, cui data fuit talis facultas vendidit:ſed adhuc pretium non recepit vel ſi recepit non conſumpſit, quod eo mortuo talis pecunia pertinebit tantum ad ſucceſſorem in maioria,vt in bonis maioriæ conuertatur,& non ad alios filios vel hæredes per text.nota.in.l.ſi operarum iudicio.ff.de ope.liberto iuncta gl.ibi.ſed quare in certa. Quæro præterea licet ex lege thaurina licentia debeat præcedere ad maioriam tamen ſi ſine licentia fiat & à principe confirmetur tenet maioria. quid ſi aliquis fecit maioriam ſine licentia ſupplicauit tamen regi in ſuo teſtamento vt eam confirmaret & mortuus eſt ante confirmationem & hæreditate iam eius filiis delata an ſi princeps confirmet poſtea petente filio maiore tenebit maioria? videtur quod ſic ex notatis per Barto.in.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. columna fina.verſi.quandoq; ipſe filius petit ſe legitimari & tunc ſi pater hoc diſpoſuiſſet in teſtamento &c.ff.de liberis & poſthumis. & vide infrà eadem glo.verſicu.ſed an ſi quis.

¶Sed pone quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum ex lege regni in maioriam qui etiam dicit vel lego illi tales res & tales de quibus facio maioriam,ſi rex confirmauerit cui ſupplico vt confirmet, quo facto mortuus eſt ante confirmationem,item & moritur filius in quem fecit maioriam antequam princeps ſuper hoc aliquid declararet, an tranſmittet ad ſuos deſcendentes primam partem legati, illam videlicet rem, quam reliquit in tertia parte bonorum,quæ non egebat principis confirmationem?& videtur quod neque illam tranſmittat,neque eius filius poterit petere confirmationem à principe alterius partis legati,ſcilicet rerum quas reliquit, ſi princeps confirmaret.& hoc per tex.in lege cum ita.in princip.ff. quando dies lega.cedit & ibi Barto.& eodem titu. l.cum illud.neque obſtat ad hoc.l.ſi vſusfructus eo.tit.quia loquitur quando vnum legatum deficit ex morte ipſius,cui legatur.vnde purificatur aliud ſeu prima pars alternatiue, ex quo ſequitur quod ſi legatum fieret iſto modo,relinquo filio meo talem rem in maioriam, vel talem & talem ſi filius meus ſe obligauerit ſoluere fratribus ſuis certas quantitates, vel quid aliud vel ſi voluerit hoc ſoluere:tunc enim ſi moriatur filius ante implementum conditionis,valebit prima pars legati ſeu alternatiue: quia purificatur primum relictum,vt habetur.in.d.l.ſi vſusfructus.in princip.

¶Item ſi defunctus non ita alternatiuè legaret:ſed per viam legati de pluribus rebus faceret maioriam in filium maiorem ſupplicando regi, vt eam confirmaret.& quod ſi princeps non confirmaret, quod faciebat maioriam de vna ex illis in tertia bonorum: tunc enim & ſi moriatur filius ante quam princeps declaret,tranſmittet ad filium rem,quæ relicta eſt in tertia bonorum.l. ſi quis ita ſic ſcripſit.ff.de hæredibus inſtituen.neque obſtabit.l.huiuſmodi.ff. quando dies legati cedit.quia in iſto caſu in omnem euentum res legata erat peruentura iure maioriæ:quod non eſt in caſu.l.huiuſmodi.& quia quando relinquitur iure maioriæ non ſolum relinquitur primo:verum omnibus deſcendentibus,& ſic non eſt quid tractetur de iure tranſmittendi,ſeu de die legati cedentis. Imo cum in omnem euentum illa res debeat eſſe maioriæ,poſſet filius accipere eius poſſeſsionem ſtatim,pro quo facit gloſſ.in dicta lege huiuſmodi &.l.Iulianus.ff. de conditio.indeb.l. cum quidam. ff.de acquirenda hæredita.l.antiqui.ff.ſi pars hære.pe.l.ſi pater.ff. de ſolu.l.ſi duobus.§.fin.& lege qui filiabus.§.primo.ff. de legatis.1.

¶Nota etiam in materia iſta quod facultas principis data ad faciendum maioriam per viam teſtamenti,vel durationis inter viuos,vel vti vellet,intelligi debet dummodo ille cui datur ſit capax factionis teſtamenti.l. verbis. ff. de verborum ſignificatio.&.§. in extraneis inſti.de hæred. qualita.& diffe.facit.l. ſi quando.C. de inofficio.teſtamen.

¶Item nota,quod ſi quis fecit maioriam,& miſit ad regem,vt confirmaret,& tempore confirmationis,qui maioriam fecit ſit furioſus,quod non tenebit confirmatio.l.ſi quis alicui.ff.de acquir.hære. & vide.l.fin.& ibi glo.& Bart.ff.de bono.poſſeſ.

¶Item & aduerte:quia & in iſtis facultatibus conceditur,quod poſſit addere,& augere in maioria,quicquid voluerit,& multotiens poterit dubitari,in his quæ addit,an videtur repetere titulo maioriæ & vt bona quæ addit ſint maioriæ ad quod vide text.notabilem. in.l.Sceuola.ff.de verborum ſignifica.&.l.libertis.ff.de conditio.& demonſtratio.& iunge dicta Bar.in.l.ſi tibi pure.in fine.ff.de leg.3.

¶Sed quid ſi mercator huius regni exercet mercantias extra regnum,vbi non eſt neceſſaria iſta facultas ad maioriam:quia legitima filiorum non eſt ita ampla,prout eſt in iſtis regnis,an poterit de talibus bonis conſiſtentibus extra regnum diſponere vt emantur ex eis bona quæ ſint maioriæ vel vinculando illa prout poſſunt,ciues regni vbi ſunt mercantiæ?videtur dicendum quod non:& q̃ talia bona mobilia debent ſequi perſonam ex eo quod Bald.vult in.l. mercatores.C.de cõmer.& mercato. dicens quod mobilia concernunt perſonam: immobilia autem territorium, vbi ſita ſunt & in iſtis mercantiis ſeu mobilibus,quæ non ſunt perpetuò deſtinata ad locum,vbi ſunt.Idem vult & pulchrè Salyc.in.l.prima.C.de ſumma trini.& fide catho.l.ex facto.§.rerum autem.ff.de hæredi.inſtituen. l.vxorem.§.legauerat.ff.de lega.tertio.& tradit latius Ioann. lecirier in ſuo tracta.iuris primogenituræ.libro ſecundo.q.8.vbi alleg.dictum Bald.quod facit in oppoſitum.& ipſe allegat de pace iura.fir. & debet dicere de pace tenenda colum.ſecunda numero.9.vbi dicit, quòd bona mobilia cenſentur de territorio vbi reperiuntur.& q̃ populo ſeu fiſco illius loci confiſcantur:ſed tandem reſidet in concluſione Salyce.vbi.§.an ſint ibi perpetuo deſtinata vel ne.Quid autem eſſet dicendum ſi bona eſſent immobilia?vide per dictum Ioannem in.d.tracta.& libro.q.7.vbi late.

¶Et quid ſi habens facultatem ad faciendum maioriam cum eam facit dicit quod facit diſponendo de tertia & quinta bonorum:bona tamen quæ ponit in maioria excedunt tertiam & quintam,an ſuſtinebitur maioria,virtute facultatis?vide quod dicit Barto.in.l.ambitioſa.in fi.ff.de decre.ab ordi.faci.& in.q.per eum diſputata,quã ibi refert.& vide tex.& ibi Abb.in.c.niſi eſſent.de præben.

¶Nota etiam quod ſi habens facultatem fecit maioriam,ſi poſtea impetret facultatem,vt poſsit eam reuocare,non videtur ex ſola impetratione iſta illam reuocare.l.forma.§.fin.ff.de cenſib.& tex.cum glo.in.c.ex tenore.de reſcript.

¶Item quid ſi ex facultate regia,vel ex diſpoſitione legis thauri,reuocet quis maioriã factam,in filium maiorem cum certo onere de præſtando aliis filiis certam quantitatem,& inſtituat maioriam in ſecundum filium non repetens dictum grauamen,an cenſeatur repetitum?videtur q̃ ſic per text.& quod ibi notat Barto.in.l. Caio.in prin.ff.de ali.& cibaria lega.

¶Sed quid si rex concesit facultatem faciendi maioriam, sub conditione si vxor eius vel talis eorum filius consenserit: contingit quod is cui data fuit talis facultas, fecit maioriam de rebus designatis, dicens quod facit sub conditione prædicta, si vxor vel filius consenserit: & demum consensit, vxor vel filius: eo tamen tempore, quo iam ille qui fecit maioriam erat deportatus, vel apud hostes, vel iam in articulo mortis carens loquela, an valebit constitutio ista maioriæ, & facit q̃ non valeat notabile dictum Bar. in.l. postquam. in princ. ff vt lega. seu fideicom. no. cauea. quod forte bene procederet in eo, qui de iure iam erat incapax ad faciendum actum, veluti in eo; cuius bona iam erant publicata, quo casu loquitur Bart. vel in capto apud hostes: non tamen forte procederet in eo, qui de facto non poterat, vt in eo qui perdidit loquelam: nam cum ille præsumatur in eadem voluntate durare. l. eum qui. ff. de proba. glo. in capitu. de neptis. 31. q. 2. & accedat consensus tempore habili, de iure ad actum: videtur quod actus tali casu teneret: non tamen teneret si consensus accederet post mortem eius, qui fecit, vt probat text. per locum ab speciali in.l. si pater. ff. de manu. vindi.

¶Sed pone quod data est facultas ad maioriam faciendam sub conditione, si dotauerit competentes filias, pater vero dotauit filias tradẽs eis certa bona in dotem, & fecit de aliis bonis maioriam, & postmodum illa bona fuerunt filiabus euicta, an filiæ poterunt agere de euictione, vel rescindere maioriam, tanquam non seruata conditione? vide tex. cum glo. qui videtur probare q̃ sic. in.l. si vero. §. si patronus. ff. de oper. liber.

¶Item quid si princeps concesit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filiis, quem elegerit, an posit eam facere in casu quo nõ habet, nisi vnum tantum filium, & videbatur quod non. per. l. 1. in prin. iuncta. l. vtrum. ff. de assig. liber. glo. insti. de assig. liber. in contrariũ facit: quia principis intentio in hoc non repugnat: imò magis fauet quando vnus tantum esset filius, ex quo præiudicium aliis non irrogatur. & quia dictæ. ll. procedunt in melioratione inter plures, quæ non cadit in vno: maioria verò bene cadit in vno.

¶Aduerte etiam quod ista licentia seu facultas regia, quando est necessaria ad maioriam fiendam, debet præcedere, vt cauetur lege thaurina. 42. bene tamen sufficeret si post factam maioriam, princeps eam confirmaret, vt eadem lege colligitur & probatur ex his quæ notant Hostien. Cardi. & Abb. in. c. innotuit. de elect. & præpo. Alexan. in. c. quicunq;. el secundo 50. dist. Sed dubium est an post talem confirmationem posset qui fecit reuocare maioriam si fecerat eam per viam donationis inter viuos? & videtur quod sic traditione non sequuta vel cum ex causa non onerosa facta fuit iuxta. l. 44. in ordi. thauri. illa tamen lex loquitur, quando præcesit licentia, non quando confirmatio fuit subsecuta: sed videtur idẽ dicendum: quia talis confirmatio intelligenda est, secundum naturam actus qui confirmatur. l. fin. C. de non nume. pecu. tu cogita. Sed quid si ille in quẽ facta fuit maioria, erat incapax. & rex habilitauit eum, an qui constituit maioriam poterit reuocare in casu, quo potest reuocari maioria. & ex dictis Alexandrini. vbi. s. colligitur decisio quod aut ipse constituens maioriam ignorabat habilitatem, & potest reuocare cũ sciat, aut sciebat & non potest. vide ibi per eum.

¶Aduerte etiam quòd ex licentia ad faciẽdum maioriam in vnum ex filiis, si deficiat masculus potest fieri in fœminam filiam, vt dixi. in. l. 2. titu. 15. secunda partita. & vide. l. 2. §. filiis ibi vtiq; & filiabus. ff. ad Tertul. & ibi Barto.

¶Et quid si conceditur facultas faciendi maioriam alicui in vnum de consanguineis suis, an posit in consanguineos ex parte matris? tex. videtur q̃ non in. l. 1. ff. de iure immu. sed attenta consuetudine loquendi in vulgari in hispania contrarium crederem.

¶Sed quæro quid si rex reuocet omnes facultates ad maiorias per se à tali tempore concessas, an effectus istius reuocationis extendatur ad maiorias: iam factas & præsertim quarum iam est in donatariũ translatum dominium. & videtur quod non ex dicto Bal. in. l. 1. col. 3. versi. & facit ad quæstionem. ff. sol. mat. vbi videas, quia vult quod dominium non reuocetur iam translatum, & si princeps reuocasset etiam quo ad effectus sequutos.

¶Item quæro an per talem reuocationem facultatum subuertantur, etiam maioriæ quæ ex lege regni in tertia & quinta fieri possunt absq; aliqua facultate. & videtur q̃ non quia princeps suum non legis aufert priuilegium. & ad hoc facit bonus text. in. l. nam similes. ff. de iniust. rupt.

¶Item quæro cum ex lege thaurina licentia regis debet præcedere maioriam, & non sufficit si subsequatur an hoc procedet, etiam si faciens maioriam vnicum tantũ habuisset filium. & in hoc in quæstionibus illius viri doctissimi de Miesses reperi q̃ limitabat dictam legẽ thauri, nisi ille in quẽ fecit pater maioriã esset vnicus patri suo. & hoc dicebat esse singulare. & verum allegabat tex. & ibi Bart. in. l. oppo. in. l. posthumus. in prin. ff. de iniust. rup. de quo ego dubito cũ non reperiam rationem diuersitatis, an sit vnus vel plures filij cum eadem quantitas legitimæ debeatur vni, quæ & pluribus imo & maior: cum si vnus sit non cadat melioratio tertij, neq; quinti & ex vinculis & prohibitionibus maioriæ eadem læsio inferatur quo ad grauamina filio vnico, sicut si essent plures, limitabat etiam dictam. l. thaurinam in casu quo ante maioriam fuit data facultas: nam si eius vigore facta fuit si postea reuocetur, vel ex aliqua causa desinat, si postea rex iterum eam concedat reconualescet maioria. per. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniust. rupto. & ibi Bart. in princip. & in pe. oppo. & in dicta. l. posthumus. in prin. in. 3. oppo.

¶Sed pone quod cauetur in maioriæ inuestitura, quod filius bastardus legitimatus possit succedere in maioria, si sibi à patre relinquatur, pater ante legitimationem reliquit maioriam filio bastardo nõ dum legitimato, legitimauit tamen eum postea, an succedet in maioria? videtur quod non: tam ex dicto. l. thaurinę dispositione quæ facit in argumentum quam per. l. in tempus. & l. si extraneum. §. 1. ff. de hæredib. instituen.

¶Quid tamen si cum impetrat legitimationem vel alias cum legitimat dicit quod facit hoc vt succedat in maioria videtur quod sufficiat arg. l. si quis hæres. ff. de iniust. rupto. & l. Pamphilo. §. propositum. ff. delega. 3. & bene conferunt quæ tradit Iason, in repe. l. quomi nus. ff. de flumi. 21. q.

¶Item nota quod si maioria fieret sub conditione si princeps eam confirmet tenebit si sequatur confirmatio ex. l. thauri. & vi. 12. q. 5. in capitu. quia Ioannes.

¶Item pone quod habens facultatem fecit maioriam in filium, & cum haberet vxorem prægnantẽ, dixit quod posthumo vel posthumę quæ erat in vtero legabat mille pro alimentis, contigit quod nascuntur duo masculus, & fœmina ex eodem ventre, an vitiabit, constitutio maioriæ? dic quod non. sed quilibet posthumorum habebit mille, quæ fuerunt relicta. l. si ita scriptum. in prin. ff. de libe. & post. glo. & Bar. in. l. 3. §. fin. ff. eodem. glo. in. l. 3. ff. de iniust. rupt. in verbo si nascuntur.

¶Aduerte etiam, q̃ licet ex. l. thaurina. licentia debeat præcedere, hoc procedet quando alias non esset valida constitutio maioriæ, si tamẽ sine licentia esset valida tamẽ ad valorem aliquarũ vocationum vel prohibitionũ alienationis, seu alias qualitates esset necessaria facultas regia, si talis facultas subsequatur constitutionem, bene tenebit, & vna cõuertetur in aliam. vnde defuncto constituente cum prima maioria tenebit, subsecuta facultate ad illas qualitates, quæ erant necessarie, ad eius valorem. ar. tex. cum glo. & ibi Bar. colum. 2. in. l. 2. in prin. ff. de vulg. & pupil. licet enim prius fecerit maioriam sine regia licentia illa confirmabitur seu validabitur, si postea habeat licẽtiam regiam ad constituendum maioriam vt probatur per text. in. l. si qs filio. §. irritũ. ff. de iniust. rup. & ibi Bar. & vide multa quæ in proposito adduci pñt de quib' per Ias. in rep. l. quominus. ff. de flumi. q. 21. cogita tamen.

¶Sed quæro iuxta ea quæ post principium huius gl. dixi quod rex cõcesit facultatem alicui faciendi maioriam in quarta parte bonorum suorũ, an per hoc videatur sibi sublata facultas, ne faciat in tertia iuxta. ll. regni? in quo videtur dicendum q̃ non per text. in. l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bon. pos. contra tabu. & ibi Bar. & facit. l. legatum. ff. de fundo instru. neq; obstat. l. si ita quis. ff. de vulga. & pupil. quia respondet, vt ibi per Bar.

¶Quid autem si rex dedit facultatẽ faciendi maioriã alicui in vnicũ filium, quem tunc habebat & postea nascitur sibi alius filius, an poterit facere maioriam adhuc ex vigore facultatis? dic quod non per tex. in. l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil.

¶Itẽ aduerte, q̃ si nõ habens facultatem facit maioriã per viam donationis in vnũ, & in eius defectum in alium translato dominio in primum: non transfertur in secundum mortuo illo. vnde si primus alienaret, vel alij concederet teneret alienatio. ita colliges ex decisione quadam Guidonis in decisio. Delphinatus. quæstione. 52. & intellige de carente facultate à principe vel à lege propter ea quæ habentur. in. l. 7. titu. 4. partita. 5. & in. l. thaurina.

¶Quid autem si quis faciat maioriam de omnibus bonis suis, an veniant bona futura? & dic quod non. l. si ita. ff. de auro & argen. lega. Bald. in. §. similiter de contro. inuest. in fine. sed quid si princeps legitimauit ad petitionem patris vel alias filiũ bastardum & cõcesit, vt posit. in eum facere maioriam, an versa vice videatur data eadem licentia filio, vt fortè ditatus de his, quæ acquisiuit faciat maioriam in patrem, ex vigore facultatis, si erat necessaria? vide per Felin. in capitu. postulasti. de rescrip. in quæstione illa an extendatur dispensatio. ex cuius dictis videt q̃ non. ¶Pone autẽ q̃ rex dedit licentiã faciendi maioriã in filiũ fratris: quia is cui dedit nõ habebat filiũ, an si postmodum nascat sibi filiꝰ, poterit ex ista facultate facere

in eum maioriam? & videtur quod non: quia eſſet extenſio de pſona ad perſonam in materia odioſa. ex notatis per Bald. in. l. ſed & milites. in princip. ff. de excu. tuto. & per Franciſc. de Are. in. l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. & quia hic eſt maior ratio prohibitionis, vt filius nõ grauetur in legitima. & ſic princeps eſſet difficilior in concedendo. & facit p hoc: nã ſi rex concederet alicui caſtrũ, vt poſt vitam illius maneret iure maioriæ in quendã ne potem filium fratris donatarij, tunc propter natiuitatem filii, non excludetur ille nepos filius fratris, vt vult Bal. in. l. cum acutiſsimi. C. de. fideicõ. in fi. ſed conſidera ſi fortè hoc poteſt limitari ſi conceſsio principis totaliter tenderet in fauorem patrui, vt quia princeps ad illum nõ ad filium fratris habebat affectionem. & probaretur iſta limitatio. ex dictis eiusdẽ Bal. in. d. l. cum acutiſsimi. in fine. & facit. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupi. & l. ſociũ qui in eo. ff. pro ſocio. ¶ Sed an ſi quis fecit maioriam ſine licentia principis, an ſi princeps poſt illius mortẽ illam confirmet teneat? vide Ange. per tex. ibi quòd ſic in. l. pe. in ad di. ad Bar. C. de præpo. ſacri cubi. lib. 12. & vide tex. not. in. c. quia Ioãnes. 12. q. 5. ¶ Quid autem ſi in facultate regia ad maioriam dicitur, q̃ dotatis filiabus poſsit facere maioriam, qualiter hoc intelligatur q̃ ſint dotatæ. vide quæ notat Bald. in lege fin. col. 3. in quibuſdã quæſtionibus. C. de pactis. & idem Bal. in. l. ſi plures col. pe. C. de condit. inſer. & Bar. in. l. cum plures. §. pe. ff. de admi. tuto. & in. l. titio. §. titio centum ff. de condi. & demonſtra. & quia docto. amplo. ſtillo commentati ſunt dictam. l. nemo poteſt. de qua iſta ſumpta eſt. ego ſimiliter iſtam. l. his laboribus pro communi vtilitate ornare decreui & labores iſti pro maiori parte fuerunt illius docti viri licentiati de mieſſes in quibuſdam ſuis recollectis quæſtionibus in iſta materia & tam iſtę quęſtiões quam alie multę ſparſę in iſta materia per iſtos libros partitarũ fuerunt dicti domini aliquibus per me aditis eius anima requieſcat in pace qui ſperabat fauente deo in iſta materia maioriæ ad noſtrũ modum hiſpanicum, pleniori ſtillo multa & practicabilia, & nota. digna tradere, ſed morte pręuentus & quia ante mortem monaſticam vitam elegit non potuit & ne mireris ſi aliqua ex his tibi videantur non ita digeſta vt oportuit tum quia ille in dictis recollectis noñ habuit rem iſtam pro perfecte abſoluta ſed tantum in progreſſu ſuorum ſtudiorum induxit. ll. ad iſtas quæſtiones tum etiam quia mihi homini valde occupato deficit tempus ad maturius cogitandum. Tu lector amantiſsime cum caſus occurrerit latius cogitabis & pro leuamine laboris tibi iſta placebunt: ſufficit enim ſi cui vel in paucis amici labore conſulatur. l. tutori. C. de nego. geſt.

leyes deſte nueſtro libro. Otroſi ſi el teſtador, mandaſſe fazer [a] de ſu cuerpo e de ſus hueſſos, [b] o en fecho de ſu ſepultura, [c] alguna coſa, que fueſſe cõtra ley, [d] o contra la vſada coſtumbre de la tierra, o cõtra ſu fama, o a deshonrra de los parientes del, non deue ſer guardado tal mandamiento: e aura la manda aquel a quien fue mandado algo, por que fiziesſe eſto, maguer non lo cumpla.

¶ Ley. XXXIII. Como vale la manda que es fecha a muchos, e en que manera la deue partir.

a ¶ *Mandaſſe fazer.* Concord. cum l. ſeruo alieno. §. fi. & l. ſi quis inquilinos. §. fin. & l. filius familias. §. cdes. ff. delega. 1.

b ¶ *Hueſſos.* Concord. cum l. quidam. in principio. ff. de conditio. inſtitu.

c ¶ *O en fecho de ſepultura.* Vt ſi mandauit ſibi fieri ſepulturam magni ſumptus, quæ ſtatui ſuo nõ eſſet conueniens: alias hæredem priuat: nam talis voluntas non eſt ſeruanda, nec hæres perderet hæreditatem, ita exemplificat Paul. de Caſtr. in dicta lege ſeruo alieno. §. fin. & facit ad eum, qui ſucceſſorem in maioria tali onere grauaret, vel ſecundum Paul. de Caſtr. ibidem ſi mandaret, ſe ſepeliri cum melioribus veſtibus, quas habebat, vel annulis vt faciebant pagani, qui de alio ſeculo non cogitabant. & facit ad quæſtionem quam late tractat Alberic. in dicto. §. fina. de milite, qui more ſolito cum indumentis ſingulis & equis coopertis ſepelitur apud monaſterium prædicatorum, an de iſtis debeatur quarta presbytero parrochiali? vide ibi late.

d ¶ *Contra ley.* Adde. l. conditiones. contra edicta. ff. de conditio. inſtitu. & eo. titu. l. conditiones quæ contra bonos mores.

¶ *Lex. 33.*

Si eadem res vni vel pluribus legatur coniunctim vel diuiſim, valet legatum & æqualiter eam diuident: & ſi eorũ aliquis ante teſtatorem moriatur: vel ſi in vita teſtatoris parti ſuæ renunciet, vel alias ei non pertinet: tunc portio ſua accreſcit collegatariis. h. d.



Vno o a muchos [e] puede ſer fecha mãda de vna coſa. E quãdo la fazen a muchos, quier ſea fecha a todos ayuntadamẽte, o a cada vno por ſi, [f] vale la manda, e deuẽ la partir todos entreſi egualmẽte. E ſi por auẽtura, alguno dellos muriere enante q̃ el teſtador: [g] o biuiẽdo renunciaſſe ſu parte: [h] o acaeſcieſſe otra razon alguna, [i] porq̃ non la ouieſſe aq̃l aquiẽ fuera mãdada: eſtonce acreſcer ſeya [k] aq̃lla parte a todos los otros, aquiẽ

e ¶ *En muchos.* Proſequitur nota. p Azo. C. eodem. in ſumma. col. 7. verſicul. item legari poteſt vni & legari poteſt pluribus.

f ¶ *Por ſi.* Quid ſi aliqui ſunt coniuncti alij vero diſiuncti? dic vt per glo. & Barto. in. l. planè in princip. ff. delega. 1. primo. in glo. ſuper verbo poteſtate. & intellige, vt per Paul. de Caſt. in dicta lege ſi pluribus. columna prima. quòd ibi coniuncti fuerunt verbis tantum, vt quia teſtator dixerat æquis portionibus, licet non poteſt negari, quin ſit diuinare ad illum text.

g ¶ *En ante que el teſtador.* Adde. l. vnicam. §. pro ſecundo. C. de caducis tollen. & l. ſi titio & męuio. §. Iulianus. ff. delega. ſecundo. & quid ſi tempore teſtamenti iam legatarius cum alio coniunctus erat mortuus? vide in. d. l. vnica. §. in primo. & ibi gloſ. in parte ad illos.

h ¶ *Renunciaſſe ſu parte.* Adde. §. ſi eadem res. inſt. delega.

i ¶ *Otra razon alguna.* Vide per gloſſ. in dicto. §. ſi eadem. ſuper verbo defecerit.

ſed in ea. & facit iſta lex quòd ſicut in bonis maioriæ non habet locum alienatio legalis, ex falcidia vel trebelliãnica quòd neq; habebit locum alienatio per viã præſcriptionis,& ꝙ ſic præſcriptio nõ habeat locum in bonis maioriæ,in qua quæſtione vid.quæ latiſsimè dixi in.l.10.titu.25.4.partita.¶Facit etiam ꝙ bona maioriæ prohibita alienari nõ publicentur propter delictum poſſidentis maioriam: de quo eſt tex.nota.& ibi Bar.in.l.imperator. ff. de fideicommiſſa. liber. circa quam legem,vide Alexan.conſil.23.volu.1.in duobus locis. Adde.l.eum qui.ff.de interdi.& rele.& notata per Cinum in.l.2. C.de liber.& eorum libe.& Salice.in.l. ſi quis præſbyter. C. de epiſc. & cleri.& adde etiam.l.res vxoris.C.de dona. inter virum & vxorẽ. & vide etiam.l.ſtatius florus.6.cornelio felici. ff. de iur. fiſci. l. papinianus. §.meminiſſe.ff.de inofficio.teſta.quod procedit etiam in crimine læſę maieſtatis tex.& ibi Angel.in.l.eorum.ff.ad leg.iul.maieſtatis,vbi eſt caſus,quòd ea,quæ non tranſeunt in extraneum hęredem,non tranſeunt in fiſcum publicatis bonis,propter crimen.l.iuliæ maieſtatis,quòd etiam tenet Bald.in.§. fin. quæ ſit prima cauſa benefic.amitten.& in.§.inſuper.de prohibi. feud. aliena. per Feder. ybi tenet quòd propter delictum commiſſum in perſonam domini, licet perdatur feudum : illa tamen quæ habentur iure genituræ & debent ad alios iure primogenituræ tranſire,non perduntur propter delictum commiſſum, contra dominum.quod etiam tenet expreſsius Bald.in dicto.§.final.& confert ad prædicta quod habetur in Pſalm.88.Incipit miſericordia domini iũcto Pſal.131. Incipit memento domine Dauid nam Deus promiſerat regnum perpetuum ſemini Dauid & licet Deus propter peccatum ſoleat reuocare promiſſa,tamen, quia iſtud pactum factum eſt Dauid non reuocauit licet aliqui ab eo deſcẽdentes reges,commiſerunt crimẽ læſæ maieſtatis idolatrãdo vt traditur per gloſſam ordinariam Matthæi,cap. 1.& ibi Nicola.de Lyra.& adde quod habetur ad Roman.capit.3.Ibi quid enim ſi quidam illorum non crediderunt, &c.& ibi Nicol. de Lyra/poterit ergo ille ad quem pertinet maioria impedire fiſcum, ne bona maioriæ incorporet.l.fina.& ibi Bald. C.de bon .vacan.in 11.nota.li.10.l.ſi pater. C. qui bon. cæde. poſſ.bene tamen publicabitur vſusfructus in vita delinquentis . vt in dicto. §. Cornelio Felici. quæ omnia procedent : niſi per tenorem inueſtituræ, ſeu maioriæ prouiſum eſſet,quod ſtatim in caſu confiſcationis bona maiorię trãſeant in illam perſonam, quæ poſt mortem delinquentis vocatur ad maioriam, vel alias in hoc diſponatur : nam tunc ſeruabitur diſpoſitio maioriæ quando facta fuit facultate regia vel ꝑ teſtamẽtũ ſi vero ſine facultate regia tunc recurrendum eſſet ad notata per gloſ. & Barto.in.l.qui abſenti.ff.de acquirenda poſſeſſ. vide in hoc quæ tradit Alex.d.conſil.23. & in caſu quo ex tenore maioriæ locus eſt confiſcationi,an tunc bona erunt apud regem,vt bona maioriæ,vel vt bona libera dic quòd vt bona libera nam variata perſona variatur conditio rei tex.cum gloſ.in.l.1.§.ſi is.ff.de colla.bono. Bal. in.l. 2.col.2.C.de iure fiſci.l.fina. C.de vſur. fiſca. Barto.in.l.fiſcus. la primera.C.de iure fiſc.lib.10.l. cum in fundo.§. quòd ſi acciderit. ff. de iure dot.Bal.in.l.2.in prin.ff.ſolu.ma/& ex hoc infertur quòd ſi facta confiſcatione rex donet eam filio delinquentis, vel proximiori vocato , quòd erit apud iſtum donatarium, vt noua maioria non vt antiqua:poſito , ꝙ rex donauerit vt eſſet maioria : vel erat ex ſui natura,vt comitatus vel ducatus : & pro hoc videtur tex. in.l. ſi libertus meus in ſeruitutem.ff.de bon.liber.& tenet Bal.in.§.inſuper. de prohi.feu.alie. per Frede. quæſt. fina. & vide per Ludo. de goza. conſil.46.numero.16.& vide quid in hoc dicit Ioan. de plat.per tex. ibi in.l.1.in.fi.C.de impo.lucra. deſ. lib. 10. ¶Sed qd ſi pater in conſtitutione maioriæ appoſuit pactum,quòd ſi filius committeret delictum ex quo bona confiſcarentur bona reuerterentur ad patrem, ſi tamen princeps indulſerit filio quòd reuertantur ad filium contigit, quòd omnia ita acciderunt , & princeps indulſit filio : pater verò vult de nouo apponere grauamen vel conditionem in maioria an poſsit? Et videtur quòd non ex doct.Bar.in.l.poſt dotẽ. colu. 6.ibi & ideo dico quando pater dat dotem primo viro.ff.ſolu.matr. ¶Quid tamen in caſu quo nõ, eſt locus cõfiſcationi maiorię ſi princeps remittat poſtea delictum , & reſtituit delinquentem forte iam condemnatum, an recuperabit bona maioriæ , vel adhuc tranſibunt in ſequentem vocatum? & videtur dicendum , quòd ſi ille delinquens fuit condemnatus , & ita ſecundum vinculum maioratus bona fecerunt tranſitum in alium, ſeu ius maioriæ : tunc reſtitutio principis nihil operabitur , in præiudicium illius , qui ſic erat vocatus, propter delictum alterius,vt tradit Bal.in cap.1. hic finitur lex, deinde conſuetu.reg. incipi. colu . fina. & quæſtione fi. ſi verò adhuc non erat condemnatus:bona tamen ipſo iure erant confiſcata , & cum tunc fecerunt tranſitum in ſic vocatum , & ſic indulgentia vel reſtitutio , nihil debet operari : ſi verò neque condemnatio fuit ſequuta , neque bona ipſo iure fuerunt confiſcata: & tunc non videtur perdidiſſe maioratum , & erit proficua indulgentia .Iſta diſtinctio colligitur ex verbis .Bald. in. d. c.1.§.inſuper. de prohibi. feud.aliena.per Federi.quæſtione fina.& vide quæ not. Bal. in cap. vnico.quid iuris ſit ſi poſt aliena.vaſſ.feud.recupe.in principio. In caſu vero quo per maioriæ inſtrumentum nihil diſponitur , ad quẽ ex delicto tranſeat maioria , publicabitur vſuffructus , vt dixi , & ſi princeps crimen indulgeat , & reſtituat operabitur reſtitutio , vt rehabeat ſuum maioratum : vti prius cum fructibus : ſecundum Bal.in dict.cap. 1. hic finitur lex. colu.fi. videtur enim reſtitutio facta , vt ſint bona maioriæ non vt libera per tex. in. l. etiam. §. ſi deportatus.ff.de bo.liber.&.l.2.&.3.ff. de ſen. paſsis. Quod intellige ſi princeps ante reſtitutionem non fecerat donationem alteri , talis vſuffructus : nam tunc non recuperaret per reſtitutionem , ſecundũ Bald.ibidem.pe.colu.de quo tamen vltimo vide quæ latè traduntur & notantur per Alexan. & moder.in.l.Gallus. §. & quid ſi tantum. ff.de libe.& poſt.Barto. in.l.quæcunque. C.de fid. inſtrum.& iur.haſtę fiſca.libr.10. Cardina.& Ioan.de Imol.in cap.quia diligentia de electio.Felin.in cap. fi.colu.4. de conſtitu. & in cap. inter quatuor. de maiori. & obedien.Abb.in cap. 1.de parrochijs . & ſingulariter per Socinũ conſil. 266 . colu.19. 20. &. 21. cum ſequenti. Hodie communiter in facultatibus regalibus ad maioriam excipiuntur crimina hæreſis , & læſæ maieſtatis , & criminis nefandi , vt in illis perdantur bona maioriæ : quod ſeruandum videtur in his bonis, quæ vinculantur ex vigore facultatis, & aliter non poſſent vinculari eorumque alienationes prohiberi : cum enim has vires receperunt ex priuilegio principis: nimirum, ſi princeps tale priuilegiũ in hoc poſsit modificare & declarare , ſeu ſub certis limitationibus concedere . Si verò conditor maioriæ etiam ſine facultate principis, poterat bona ſua grauare fideicommiſſo , & reſtitutioni ſubijcere : vt quia nullos deſcendentes , vel aſcendentes habebat , & liberè poterat bona ſua vinculare, vel ſi habebat in.3.&.5. poterat libere diſponere iuxta.ll. regni, talia bona non perdentur,etiam propter crimen læſæ maieſtatis , vt dixi , & licet interueniat facultas principis in ſimul cum poteſtate,quæ diſponenti competit, de iure communi non perdentur talia bona , in quibus competebat de iure communi etiam citra reſcriptum principis talis facultas : in dubio nanque ex quo condens maioriam non ſe reſtringit in ſua diſpoſitione ad talem regiam facultatem , viſus fuit diſponere omni meliori modo , quo diſpoſitio ſua conſeruari poſſet. Bald. in. l. id quod pauperibus.colu.fina.verſic.vltimo. quæritur circa hoc. C. de epiſc. & cleric.&.l. planè.ff.quod falſo. tuto. aucto. & ibi Baldus. Et actus qui potuit geri ex duplici poteſtate , ſuſtentabitur ex ea, qua melius valere poteſt : vt eſt caſus multum ſingularis in cap. niſi eſſent.de prębendis. & ibi Abb.in.2.nota.& per illum tex. elegantèr etiam dicit Bal. in.§.1.colu.pe.de lege corra.quòd ſi partes compromiſerunt in iudicem delegatum, non per hoc videntur renuntiare reſcripto:imò ex vtraq; auctoritate intelligitur iudex procedere,& poteſt pro parte valere ſententia ex vna auctoritate,& pro alia parte : ex altera per.d.cap.niſi eſſent quod dicit non eſſe alibi. Semper enim actus videtur eſſe geſtus ex ea auctoritate , quæ maius robur & maiorem efficaciam dat actui,vt in.l.3.vbi caſus notabi. ff.de teſta.mili.nam valens actum exercere ex duplici poteſtate : videtur actum exercuiſſe prętextu maioris poteſtatis,vt dixit Abb.per tex. ibi & per.d.l.3.in.c.ꝙ ſicut.pe.nota. de electio. dixit etiam Bal. in.l. humanitatis.colu.7.C.de impuber.& alijs ſubſti.quòd habens duo arbitria ad aliquem actũ , videtur facere ex arbitrio pleniori.& hoc idem voluit Innocentius in cap.cum ex officij.de præſcriptio.vbi etiam fortius voluit,quòd ſi quis habens auctoritatem ordinariam, crederet etiam ſe habere auctoritatem delegatam:quam tamẽ in veritate non habebat,& proteſtaretur velle tantum procedere auctoritate delegata:nihilominus proceſſus tenebit auctoritate ordinarie iuriſdictionis,quam tantum habebat : quod eſt ſingulare firmiora nanque reputantur illa quæ aguntur de iure communi,quam illa quæ agũtur de iure ſpeciali.l.eius militis.§.militia miſſus.ff. de teſta.mili.& in auctentico de non alienan. §. quia verò veriſimile.& ſemper in dubio quis videtur velle facere actum validum iure communi & ordinario:non autem ſpeciali , vel extra ordinario.l. quanquã.C.de teſta.mili.&.l.in teſtamẽto.la primera.eod.titu. & ideo dicit Frederi.de ſen.conſil.125.incipit factum tale eſt , quędam domus. ꝙ ſi quis poteſt ꝓcedere,vt ordinarius,& vt delegat⁹ pręſumit in dubio vti poteſtate ordinaria.Cõſulo ergo,ꝙ diſponẽtes circa maioriã exprimant ſe meliori poteſtate qua poſſent facere,& diſponere , vt omnis dubietas tollatur,& ꝙ proteſtentur velle vti iure communi, & facultate , illa via & forma , qua melius eorum diſpoſitio conſeruari poſsit:& confert etiam ad prædicta. l. habebat. ff. de inſti. per quam ibi. not.Barto.quòd licet contraham tecũ reſpectu vnius mãdati , quod te habere credebã: tamen poſſum agere cõtra te vigore

alterius mandati, quod habes licet ignoratem tempore contractus: & sic sustinetur contractus, etiam ex alio mandato: de quo non fuit facta mentio, vt etiam plenius concludit Bar. in sua disputatione incipienti a dunantia generalis, & Bal. in l. falsus. C. de furt. & tetigit. Bar. in l. ambitiosa. colu. vlti. ff. de decret. ab ordi. facien. Sed erit pulchrum dubiū, an in casu quo perdatur maioria ex crimine læsę maiestatis, vel alterius criminis, an tenebitur de euictione qui tale crimen commisit si haberet vnde possit soluere, & videtur quòd sic ex dicto Bal. in §. rursus. quibus mod. feu. ami. versic. sed quæritur vtrū auctor. ¶ Quod autem dixi, quòd neque per crimen læsę maiestatis perdātur bona maioriæ, imò adhuc veniant in sequentem vocatum, an procedat in filijs delinquentis, qui ad maioriam essent vocati? vide quæ dicam in l. 2. titu. 2. partita. 7. vbi etiam tractabit de ordine de filijs ante vel post delictum conceptis, & de intellectu. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. & l. 6. tit. 27. 2. partita. Et in casu quo ex tenore inuestiturę, vel aliàs bona, vel vsusfructus maioriæ confiscarentur si possessor deseruiuit regi, si filius eius vel maioriæ successor seruiuit inclinari debet rex ad bene meritum, vt iubeat ei dari bona, neque tam debent attendi demerita patris quam merita filij. l. non tantum. §. si emancipatus. ff. de bono. posse. contra tabu. & facit quod notat Bal. in cap. 1. in principio. co. 3. versic. quid si sunt duo fratres quibus mod. feu. ami. vbi dicit, quòd si ex duobus fratribus vnus dereliquit dominum, alter sua probitate defendit, ꝙ tunc excusat vnus propter alterum propter coniunctionem personarum & feudi. ¶ Quid autem si villa seu castrum maiorię confiscarētur ex his quæ habentur in l. 22. titu. 13. 2. partita. ibi, esso mismo dezimos, vide dictam. l. & quæ ibi dixi. Facit etiam ista lex ad id quod notat Bal. in auctentica præterea. C. vnd. vir. & vxor. col. 2. versic. vlterius etiam. Nota quòd prohibitus alienare, non potest per suum cōtractum vel quasi contractum introducere dispositionem legalem in oppositum: imo tenetur curare ne id fiat. l. si ita quis. §. ea. l. in glos. 11. de verbo. obliga. & adde Bal. in. l. 1. C. de in officio doti.

¶ Item etiam facit ista lex ad decisionem illius dubitationis, an dispositio auctentice res quę. C. communia. de lega. scilicet quòd bona subiecta restitutioni possunt alienari ex causa dotis, quando liberis legitima portio non sufficeret, procedat etiam stante expressa prohibitione testatoris, quam quæstionem latè tractat Iason. in dicta auctentica res quæ. colu. 7. & 8. vbi asserit communem esse opinionem, quòd procedat etiam stante expressa prohibitione, contra Bald. qui voluit contrarium in §. donare. qualiter olim feud. aliene. possit. & communem opinionem tenet doctor de palat. Rub. in repetitione. c. per vestras. de donatio. inter virum & vxorē. colu. 55. & 56. cum sequentibus in formis minoribus. Certè ista. l. partitarum. potest induci pro opinione Bald. vltra alia quæ pro ea inducit Iason. in dicta auctētica res quæ. Cum vult hęc lex quod stante ista tali expressa prohibitione, cesset alienatio etiam ex dispositione legali: & sic licet onus dotandi filias descendat à lege. vt in. l. qui liberos. ff. de ritu. nuptia. l. 8. titu. 11. 4. partita. Licet dici possit, quod ista. l. parum faciat: cum ratio eius sit quia testator potest prohibere falcidiam, & prohibendo alienationem, per consequens videtur prohibere diminutionem per viam falcidie testator tamen non potest prohibere obligationem qua tenet̄ pater dotare filiam: Sed adhuc potest responderi, quòd per expressam prohibitionem, quòd neq; ex causa dotis res subiecte restitutioni alienētur, potest prouideri p testatorem: vt tradit Alexan. consil. 56. consideratis verbis testamē ti. 1. volu. quòd etiam est repetitum. consil. 23. 2. volu. qui tamen ad hoc nihil allegat: de dicto tamē eius meminit Ambrosius prout etiā refert Palati. Ruui. vbi supra. col. 62. in repe. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. & Iason. in. d. auctētica res quæ. In cōfirmationē tamen illius dicti Alexan. tradit Palati. Ruui. vbi supra. ꝙ sicut potest adiici pactum vel conditio, vt res non possit alienari in ecclesiam. vel piū locum, vt tradit Bal. in. c. clerici. colu. 2. de iudi. & in. c. quę in ecclesia rum. de constitu. col. 3. versic. sed hic quæritur Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. eo. titu. Bal. & alij in. l. ea. l. C. de condictio. ob caus. per docto. in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. sic etiā valere debet dispositio: ne res alienetur etiā ex causa dotis, per hoc tamē nō arbitror recedendū à cōmuni opinione: cùm expressior sit prohibitio, quòd neque propter dotem alienentur. quàm si simpliciter alienatio prohibeat. & quod dixi, quòd teneat expressa prohibitio, vt neque ex causa dotis alienetur. Limita & intellige quando prohibens non tenebatur ad dotē: nā si teneretur talis prohibitio nō obstaret: vt tradit Bar. in. l. filius familias. §. diui. ff. de lega. 1. q. 2. idē Palati. Ruui. vbi supra col. 65. tex. nota. in. l. cum fidei. ff. de fideicōmissa. liber l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. & crederem hoc ꝓcedere, etiāsi mortuo patre nulla promissa dote ab eo vel constitura, filia de restituendo grauata, talem dotem promitteret, vel constituerit, quidquid in contrarium voluerit Angel. in auctentico de restitu. & ea quæ parit colla. 4. super glo. quæ incipit, se. l nonne, quia videt in hoc esse tex. in contrarium in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebellia. & in specie tenet Iason. in. d. auctentica res quæ. col. final. versi. 13. limita. & doctor de Palati. Ruui. vbi supra. col. 66. Decius consil. 376. viso casu proposito. Aduerte tamen, quòd hodie in regno attenta mente. ll. regni, videtur dicendum, quòd filia in quam deueniret maioria, in qua essent bona alienari prohibita: etiam si nō exprimeretur, quòd neq; ex causa dotis alienaretur: sed generaliter esset prohibita alienatio, adhuc nō posset ex causa suæ dotis alienare bona maioriæ, iuxta dispositionem. d. §. cū proponeretur, &. d. auctētice res quæ. quia in dictis iuribus non erat dicta filia rogata restituere filijs suis, si eos haberet: sed erat rogata restituere, si sine filijs decesserit, vnde filij erant in conditione non indispositione iuxta glos. magis communiter approbatā in. l. lucius. ff. de hæredib. instit. vnde in casu. d. §. cum proponeretur. eo. casu quo mulier non dedisset bona fideicommissi in dotem & contraheret matrimonium, poterat disponere ad libitum de fructibus, tanquàm de rebus paraphernalibus, iuxta nota. in l. pe. ff. ad leg. falci. & in. l. hac lege. C. de pact. conuent. in. l. dotis. ff. de iur. doti. vnde nullus fortè vellet contrahere matrimonium cū ea, & sic non inueniret maritum, & ideo emanauit ꝓoulsio. d. §. & d. auctentice. Item si daretur casus, quòd in casu illo filla haberet filios, poterat ipsa bona liberè alienare: & sic maritus inueniret se, & illam si cum ea contraheret sine bonis, ex quibus possent onera matrimonij sustentare: vnde consideratur ibi, quòd maritus non aliter vellet cōtrahere: nisi dote data, seu promissa. & ideo necessaria fuit illa prouisio, vt fideicōmissum ex causa dotis minueret. In regno verò nostro maritus habet administrationem bonorum vxoris etiam nō dotalium, & fructus ita sunt sui sicut essent fructus dotis: sunt enim omnes fructus communes inter virum & vxorem, ex quibuscunq; bonis percipiuntur, secundū. ll. regni, secundum quas etiam neq; mulier sine assensu viri potest disponere de rebus suis, etiam paraphernalibus. Item in casu maioriæ filij sunt in dispositione, & ad eam vocati à primo disponente. Præterea de iure regni nihil amplius posset habere maritus: si hæc bona maioriæ sibi darētur in dotem, quàm si simpliciter cōtraheret matrimonium, neq; videmus quòd mariti curent quòd talia bona sibi assignētur in dotē: tantū procuratur quòd vxor sit diues, & habeat bona: & hoc habito non curatur de constitutione dotis: imò libenter volūt recipere bona sine assignatione dotis: quia minus obligātur. vnde videtur, quòd cesset dispositio dictarū. ll. à cessante ratione. Imò per hoc videtur casus in. d. §. cum proponeretur. ibi cum dicit nisi de fructibus possit sibi prouideri de dote: cum igitur tantū importet ad matrimonium maioria, quę trahitur sine aliqua assignatione dotis: sicut si assignaretur in dotem, cessare debet dicta dispositio: & non poterit in regno talis filia seu alia fœmina, in quam veniret maioria alienare eius bona, etiam propter causam suæ dotis: & bene etiam ad prædicta confert quod habetur in. c. nuper. de donatio. inter vir. & vxo. ¶ Quando vero non tractaretur de dote filiæ, in quam venit maioria: Sed de dotandis aliis liberis descendentibus à primo disponente, est dubium an si tales liberi nati iam ipso disponente mortuo possint dotari de bonis maioriæ in quo videtur velle Paul. de cast. quod sic in. d. §. cum proponeret in princi. Cum tradit quid fuerit illius. §. dispositioni additum ꝓ dispositionem auctēn. res quæ. & dicit quod primo additur: quia in. d. §. tantum habetur de filia instituta & de restituendo grauata: in. d. verò auctē. idem deciditur in nepote ex filio, vel in pronepote ex nepote & sic de cæteris descendentibus: vt ibi colligitur in verbo liberis, quòd comprehendit omnes descendentes: nam onus dotandi omnium personarum prædictarum pertineret ad testatorem, si viueret vt in. l. dedit dotem. ff. de colla. bono. l. 8. titul. 11. 4. partita. vnde secundum eum censetur voluisse quod faceret illud quod testator esset facturus argu. l. Cum seruus. ante. fi. ff. de condi. & demonst. ibi namq; ipse viuus: Secus in nepote ex filia, vel pronepote ex nepte: quia onus dotandi illas non pertinet ad primum disponentem. Sed ad parentes illorum, per ea, quæ not. glo. in. l. à filia. ff. ad Trebel. vult ergo Paul. de Cast. quod de mente primi disponentis sit licet iā sit mortuus, ꝙ in omnibus descendentibus eius per filiū vel nepotē possit fieri alienatio ex causa dotis, iuxta dispositionem dict. auctēn. res quæ. de quo ego multum dubito, & potius inclinarē in contrarium. & primo excludo casum indubitabilem, vbi conditor maioriæ etiā ex causa dotis prohiberet alienationem: nam tunc dispositio eius seruanda est (vt dixi) et etiam in isto casu est de mente Paul. de Cast. Cum fundamentum eius sit quod si viueret ipse fecisset: & sic qđ cēsetur voluisse, quòd fiat post eius mortem. Quod fundamentum cessat stante voluntate expressa incontrarium, quando verò non fuit hoc expressum: Sed simpliciter prohibuit alienationem, tunc videtur quod in liberis natis eo mortuo, in quos nulla fuit orta obligatio dotandi, non censeatur idē voluisse quod fieret ac si ipse viuere

neque præſumitur voluiſſe contra ſuam prohibitionem bona diſtrahi in eo, in quo ipſe nullo modo erat obligatus, argu. l. cum de indebito. ff. de proba. & vbi poteſt ſumi alia coniectura non præſumitur donatio, vt tradit Bal. in l. 1. C. ad trebellia. & conſtat hic voluiſſe bona integra velle manere in maioria, & ſi talis coniectura donandi daretur, eſſet deſtruere omnes maiorias, vel pœnè omnes. Si tale quid permitteretur in deſcendẽtes in infinitũ. &. l. cum ſeruus. allega. per Paul. nihil in hoc probat. Imò ibi illa præſumptio tendebat ad conſeruationẽ maiorem bonorum ex redditione rationum, quam in eorum diminutionem, & procedet hoc magis indubiè de iure regni, ex quo per contractum matrimonij filius liberatur à patria poteſtate, iuxta. l. tauri: & ſic nulla obligatio dotandi eſſet in auo paterno neptem ex filio: & facit ad prædicta. l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnd. cogna. ibi nã ſi poſt mortẽ neq; obſtabit alij, neq; ipſe admittetur: quia nec fuit proximior cognatus ei, quo viuo nõdum animal fuerit. & l. 1. §. ſciendũ. cum ſimilibus. ff. de ſuis. & legi. hæredi. Præterea ratio fundamentalis. d. auctẽtice res quæ, vt tradit Paul. de caſt. cõſ. 80. 1. vol. quia per ſupra ſcriptũ eximium conſultorẽ. &c. eſt, quia pater tenet filiam dotare. vnde ſicut nõ poſſet huic obligationi derogare ſubijciendo res ſuas reſtitutioni, quominus ob dictã cauſam fieret diminutio: ita neq; prohibẽdo illarum alienationem: cum non debeat eſſe in poteſtate debitoris ab obligatione ſe eximere. l. ſicut. C. de actio. & obliga. Si igitur iſta eſt ratio, & talis obligatio ceſſet, prout ceſſat in primo diſponẽte; qui nunquã fuit obligat' ad dotandum neptes, vel proneptes, quæ non erant, nec fuerunt in rerum natura, eo viuo patet quòd potuit bona ſua ſubijcere reſtitutioni, & prohibere alienationem: neque talis deſcendens habet de quo conqueratur: cum nunquam habuit talem aſcendentem obligatum. Præterea etiam Paul. in. d. conſil. videtur declarare ſe circa id quod dixerat in. d. §. cum proponeretur. & in. d. auctentica res quæ. pe. colu. f. vt quod dixit, procedat quando tantum erat prohibitio tacita legalis, de non alienando: eo quod bona erant ſubiecta fideicommiſſo: quando verò eſſet expreſſa prohibitio, & defectus non eſſet in poteſtate diſponentis, & prohibentis: tunc non procedat diſpoſitio. d. auctenticę res quæ. Sed adhuc inſtabit quis: quia ſecundum hoc nihil ſpecialitatis, vel prærogatiuę inductum fuerit per dictam auctenticam res quæ. ex quo dicitur, quòd tãtum procedat in obligato ad dotandum, ſeu quando in perſona primi diſponentis nata fuit obligatio dotandi: ad quòd reſpondeo quod adhuc eſt multum fauoris & prærogatiuæ: quia ipſo mortuo tantum poterat agere filia pro ſua legitima, vel neptis quę fortè non ſufficeret ad cõſtituendam dotem, ſecundum qualitatem filię vel neptis, & alia de quibus in. l. filiæ. ff. de lega. 3. & tetigi in. l. 8. tit. 4. 5. partit. in glo. ſup parte tã bien. Et iſtud introductũ fuit per dictã auctenticã, vt legitima non ſufficienti mitti poſſit manus ad bona prohibita alienari: vel poteſt dici quod multum inducat de nouo illa auctentica. vt ſtãte tantum tacita prohibitione legali, ex præſumpta voluntate defũcti diſponentis, bona ſubiecta fideicommiſſo poſſint alienari pro dote, etiam per liberos, qui non erant in rerum natura viuo primo diſponente: quod non eſt ſtare expreſſa prohibitione, vt dixi velle Paul. de caſt. in. d. conſil. Sed primum mihi plus placet, & q̃ in hoc nulla ſit differentia inter expreſſam, & tacitam prohibitionem: & confert ad prædicta, quia maioricatus in multis participat de natura feudi: & arguiſ de vno ad aliud, vt tradit Bal. in. l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. Socin. conſil. 47. volu. 3. & videmus, quòd feudum nõ poteſt dari in dotem, vt in cap. 1. §. donare. qualiter olim feud. alie. poſſ. & per illum tex. dicit ibi Bal. quòd auctentica res quæ. non habet locũ in re feudali, & in caſu in quo permittitur aliquãdo feudum dari in dotem, procedit pro vita vaſſalli dantis in feudum tantum, & non perpetuò, ſecundum Innocent. & docto. in. d. c. nuper. & poſtea reuertitur feudum mortuo vaſſallo ad eum, ad quem ex forma inueſtiturę reuerti debet, ſecundum prædictos docto. & tradit Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. colu. 29. hinc etiam videmus quotidie à rege impetrare licentias, & facultates, vt de bonis maioriæ poſſint filiæ dotari, vel bona maioriæ obligari pro reſtitutione dotis, & impetrantur quotidiè à deſcendentibus primi diſponentis, quaſi ſit pro certo habitum, aliter non poſſe de iure fieri: quia fruſtra precibus impetratur quod à iure cõmuni conceditur. l. 1. cũ ſimilibus. C. de theſaur. libro. 10. l. cum per abſentiam. C. quib. non obijcitur long. tempo. præſcrip.

¶ Et licet non ſit diſputandum de hoc de poteſtate principis auferentis per tales licentias ius futuri fideicommiſſi, iuxta ea quæ plenè tradit Alexan. conſil. 2. viſis codicillis legitimatione & alijs, primo volu. & conſil. 94. vbi ad fi. dicit quòd ſecundum illud conſilium fuit iudicatum. Conſulo tamen dominis de conſilio regis ad hoc deputatis, vt raro & cum magna cauſa iſtæ & ſimiles facultates in euerſionem bonorum maioriæ & fideicommiſſi, dentur: ſi enim darentur ſine cauſa iuſta fortè tenerentur ad intereſſe parti læſę, ex eo quòd notat Bald. poſt gloſ. ibi in. §. fina. colu. 5. verſic. item nota ex iſta gloſ. de pace iura. fir. & quæ habentur in. l. 31. titu. 18. partita. 3. & vide Petrum de Anchar. in regul. poſſeſſor. colu. 17. verſ. quinto quæro. de regul. iur. lib. 6. & ipſe princeps concedens tales licentias ſine cauſa non iuſte faceret, neque videtur poſſe per prędicta, vel ſaltem tenebiſ grauato prouidere de bono cambio, vt no tanter voluit Inno. in cap. niſi cum pridem. de renun. col. 2. verſi. nos credimus. & neq; alienãs, neq; recipiens erunt tuti in cõſcientia iuxta gloſ. in. c. non eſt. de voto. Item & ſæpe patres in prędiudicium filiorum vel filiarum quibus defertur majoria impetrãt facultates regias cum filij ſint ſub eorum poteſtate & protectione videntur delinquere, argum. l. deferre. §. Item eos. ff. de iure fiſci. vnde non debet eis faueri. Tales licentiæ tendunt contra publicam vtilitatem, quæ conſiſtit in conſeruandis bonis in familia nobilium. l. 1. §. denuntiare. verſicu. publicè enim intereſt. ff. de vent. inſpi. & quòd tradit Ioan. Andr. in additio. ad ſpecul. titu. de ſucceſsio. ab inteſt. vbi referens diſputationem Iacob. de Are. dicit pertinere ad publicam vtilitatem, q̃ agnatis & familiæ diuitiæ conſeruentur: conſtat enim, q̃ per diuitias familiarum conſeruatur honeſtas, quæ perit per inopiã, vt in auctẽtico de teſtib. §. ſancimus. colla. 7. & ſicut principatus diuiſione deſtruuntur, vt in. §. præterea ducatus. de phibi. feud. alien. per Federi. ita etiam patrimonia, vt experientia docet, vt tradit Socin. conſil. 47. 1. volu. colu. 2. & inter nobiles melior eſt quandoque aliorum filiorum diſperſio, quam hæreditatis diuiſio, vt tradit Abbas referens dictum Beati Bernardi in cap. licet. de voto. Reſcripta contra publicam vtilitatem, & in damnum aliorum vocatorum ad maioriam, non ſunt concedenda. l. reſcripta. C. de precib. impera. offeren. l. fina. C. ſi cõtra ius, vel vtilitatem publicam. cap. reſcripta. & cap. decenti verſ. omnes. 25. quæſtione ſecunda.

¶ Quid autem ſi rex dedit licentiam extrahendi vnam rem vel prædium à maioria pro dote filiæ, eò quia pater non habebat aliunde vnde dotaret: an ſi pater poſtea perueniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ipſe dotare & res ita alienata reuerti debet ad maioriã? videtur dicendum quòd non, per ea quæ not. gloſ. in dicta auctentica res quæ. & in corpore, vnde ſumitur, & probatur in dicta l. mulier. §. cum proponeretur. & faciunt, quæ not. goſ. in. l. vbi adhuc. C. de iur. doti. & Bart. in. l. ſi conſtante. in principio. ff. ſolut. matri. in quæſtione illa. ſi vir incipiat eſſe diues poſt dotem datam vxori, propter eius paupertatem. In contrarium facit quod not. Innocent. in cap. quia plerique. de immun. eccleſia. tradit Soci. conſil. 164. volu. 2. vbi dicit, quòd ſi princeps ſubſiſtente aliqua cauſa abſtrahit rem vni, ſi poſtea ceſſat cauſa, ceſſat diſpoſitio: & res ablata debet reſtitui: & quia auctis facultatibus, tollitur priuilegiũ paupertatis. l. non tantum. §. eos. ff. de excuſatio. tuto. l. cura. §. 1. ff. de muneri. & hono. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vacat. mune. l. titia. §. vſuras. ff. de lega. 2. Præterea hoc videtur de mente Bart. in. d. l. ſi conſtante. in principio. colu. fina. quem pro prima parte iam citaui cum diſtinguit in quæſtione illa. Quòd ſi actus ſuperueniens qui ab initio impediret actum geri, tendit ad eundem effectum cum actu geſto. & tunc ex ſuperuenienti caſu non tollitur id quod eſt geſtum. l. verbis. ff. ad. l. fal. Si verò tendit ad contrarium effectum cum actu celebrato, & tunc vult quòd retractetur actus ex ſuperuenienti caſu, & ita reſpondet ad. d. l. cura. §. deficientium. ff. de munerib. & hono. cum ſimilibus. Vnde in caſu quæſtionis propoſitę diuitię ſuperuenientes tendunt ad contrarium effectum actus celebrati, ſcilicet permiſſionis ob inopiam extrahendi pro dote rem maioriæ: & videtur dicendum quòd res redire debeat ad maioriam, & pater dotet ex ſuperueniẽtibus diuitijs. Sed dicendũ videtur q̃ extractio talis rei, & conſtitutio dotis ex ea facta non, retractetur licet ſuperueniant diuitię, vt in regula factum legitime. de regul. iur. libro. 6. & quia cum actus eſt iam confirmatus tunc per ceſſationem cauſæ non debet eius effectus retractari. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. l. ſancimus. la primera. C. de adminiſt. tuto. Alexand. in d. l. ſi conſtante. in principio. colu. fina. fortè tamen compellendus eſſet extrahens vigore talis facultatis de talibus diuitijs ſuperueuientibus ſubrogare aliam rem in maioria valoris rei, quæ extracta fuit, & optima cautela erit quòd in talibus licentijs ita ſpecificetur, & illud ad quod allegaui Innocent. in dicto cap. quia plerique. non videtur ita indiſtinctè verum, neque Innocen. hoc dicit ita vt Socinus in dicto conſil. eum retulit, vt per te poteris videre. erit ergo optimum, vt cum tales licentiæ conceduntur, quod dixi exprimatur, & ita licentia limitetur, vel exprimatur quòd tali caſu res ſic extracta, reincidat in maioriam, & pater extrahens pro dote filię dotem ſoluat de ſuperuenientibus diuitijs. ¶ Et ſi de conſenſu alienantis ex facultate Regia, & emptoris diſſoluitur alienatio, videtur q̃ res redeat in maioriã, vt in. l.

voluntate.ff.quibus mo.pig.vel hypo.ſol.& vide quod habetur in.l. ſicut.§.ſi voluntate.eo.tit.&.c.fi.33.q.2.& glo.in.c.nuptiarum.in parte vxores.27.qſti.1. ex quibus decides quod ſi res ſit extracta à maioria ex facultate regia.& de ea ſit factus alius maioricatus,an ſi res redeat ad priorem dominum poſsit iterum ex ea condere maioriam in qua quæſtione vī dicendū,quòd res ſic rehabita nō reincidat in maioriam,vt probatur in.l.ſi ita legatum.§.ſi domus. ff.de lega.1.& probat etiā in.d.§.ſi voluntate.vnde ad faciendum de ea nouam maioriam in præiudicium filiorum opus erit noua facultate,& adde q̄ dixi ſuprà parum poſt principium huius glo. ¶Aduerte etiā quòd qui ludit rem maioriæ perinde eſt ac ſi rē alienaſſet vnde incideret in pœnā alienātis,gl.not.in.l.3.§.miles.ff.de re mili. ¶Et quid ſi ludere tur ſuper re maioriæ in tanta quantitate quòd non eſſet ſpes luitionis?vide.l.qui habebat.ff.de lega.3.& Bal.in.§.aut ſi libellario quib⁹ mo.ſeu.ami. Itē aduerte q̄ ſi q̄s habuit à principe licenciā vēdendi rem maioratus & morte præuentus non fecit non poterit ſucceſſor eius in maioriam vendere ex tali facultate,vt tradit notanē Bal.in. §. marchio.col.1.verſi.pone conceſſum eſt priuilegium,de his qui feudum dare poſ.Item & aduerte quòd ſi ille qui habuit licentiam vendendi rem aliquam maiorię emat talem rē p interpoſitam perſonā, vt fortè alteri filio relinquat,quòd non obſtante tali licentia, & tali alienatione vocatus ad maioriam poterit talem rem petere.argu.l.ſi is qui bonis.ff.de acqui.hære.Adde Bal.in.l.ordo.co.2. verſi. quæro data eſt poteſtas.C.de execu.rei iudi. ¶An autē preciū quod habet ex re quę permittitur vendi ex maioratu ſit maiorię,vt conuertatur in emptionem alicuius rei immobilis,& ſi in facultate ad vendendū hoc non exprimatur?videtur quòd ſic ex his quæ not. Bal.in.c.1. de feud.non habente propr.naturam feudi.verſi.quæro nunquid precium ex quo in caſu iſto precium habetur ex cauſa lucratiua. ¶Sed quid ſi poſſeſſor maioriæ iurauit quòd non alienabit res maioriæ q̄ tamen poſtea impetrauit licentiam à rege quod poſſet alienare tacens de iuramento preſtito,an poterit tūc alienare?videbatur quod ſic ex dicto Bal.in.c.1.in prin.col.4.de his qui feud.dare poſſunt.¶ſi. & circa hoc quæro ſi prælatus iurauit.referens Ioan.And.in.c.vt ſup de rebus eccleſiæ non alienā.dicentem q̄ ſi prælatus iurauit non alienare ſine licentia Papæ,quòd ſi impetrat licentiam à Papa tacito iuramento quòd poteſt alienare.neq; fit tranſgreſsio iuramenti.Videtur tamen in hoc dicendū quòd ſi iſtud iuramentū, preſtatur futuris ſucceſſoribus, vel ad eorum fauorem,& conſeruationem rerum maioriæ,quòd tunc non ualebit alienatio etiam ſi impetret licentiā tacito iuramento.quod & eſt de mente Ioan. And.in.d.c. vt ſup.dū dicit,quòd ſi iuraſſet non alienare ſine licentia metrapolitani, quòd tunc ſi impetraret à papa talem licentiā tacito iuramento non teneret licentia neq; poſſet fieri alienatio. ¶Aduerte etiam quòd vigore talis facultatis regię non debēt vendi neq; pro dote obligari res precioſiores ſeu res magnę maioriæ: ſi de vilioribus poteſt ſatisfieri, qa verſari debet in hoc arbitrium boni viri.l.magis puto.§.ne paſsim. ff.de reb.cor.&ibi Bal.notabiliter.Bar.in.l.alio.ff.de ali.& ciba.lega. ¶Et ſi data fuit licentia regia ad obligandum res maioriæ pro dote videtur & dari vt poſsint vendi.l.ſi pupillorū.§.1.& ibi Bal.ff.de reb⁹ eorū.Si tamen licentia daretur ad vendendum non poſſent eius virtute res maioriæ obligari, vt in.d.l.ſi pupillorum.§.ſi prętor. quia à forma decreti non eſt recedendū.adde.l.fi. C. de præd.curial.lib.10. & glo.in.l.non debet.ff.de regu.iuris.¶Sed pone quòd data fuit licētia alternatiue ad vendendum vel ad obligandum res maioriæ pro aliqua neceſsitate poteſt enim ſic alternatiue dari,vt in.d.§.ſi prætor an tunc ſi eligat obligare, poſsit poſtea vendere?& videtur quòd nō per tex.in.l.cuius.ff.de curato.furio.quod fortè procederet ſi per viā obligationis ſatis eſſet neceſsitati conſultum non aliàs. ¶Quid autē ſi poſſeſſor maioriæ legauit aliquā rem maioriæ & poſtea impetrauit facultatē regiā ad extrahendum talem rem à maioria,an reconualeſsit legatum?vide.l.ſeruum filii.in prin.ff.de lega.1.& ibi Bar.& Paul. ¶Quid autem ſi ille qui vult impugnare alienationem rei maioriæ cum facultate regis factam ſit clericus videtur quòd ſi tempore facultatis iam erat clericus, quòd poſsit:quia ſi princeps de eo diſpoſuit:vt non poſsit cōtrauenire nō potuit ex defectu poteſtatis: ſi verò tantū generaliter ,uidit,quòd null⁹ contraueniat:iſta verba generalia non referuntur ad impoſsibilia diſponenti,& ad ea ad quæ ſua iuriſdictio ſe non extendit,vide Bald.in.l.fin.§.in computatione in fin.C.de iure deli.& Barto.in.l.ſi quis ſub conditione.ff.de conditionibus inſtitutionū. ¶Sed pone,quòd rex dedit licentiam alienandi aliquam rem maioriæ,an ille ad quem pertinet poſt mortem alienantis poterit impedire traditionem poſſeſsionis offerendo præciū rei,ad ſubleuandam neceſsitatem pro qua venditur? videtur dicendum quòd ſic.& facit bene quod notat Bald.in.§.denię;. verſiculo. Item nota.quæ fuit prima cauſa benefi.amitēdi.vbi & tractat de ſucceſsore,qualiter impediat alienationem,Imò & videtur quòd nec dū proximus in gradu hoc poſſet verū etiā quilibet alius de familia vocatorum facit.l.qui romæ.§.cohæredes.ff.de verborum obligationibus.& tex.ſingularis in ratione ſui.in.l. virilis.ff.de lega. præſ.§.ſi adierit.& facit optime.l.peto.§.fratre.ff.de legatis ſecundo. Item & videtur quòd tali caſu locus ſit retractui ex legis diſpoſitione, quia res eſt de genere ſeu auolengō. ¶Quid autem ſi princeps dedit licentiam alienandi ex maioria pro dote filiæ:& tamen pater non dotauit filiam:ſed in ſuos vſus expendit,an poterit ſucceſſor maioriæ petere res alienatas?videtur quòd ſic ex dicto Bart.per tex.ibi in.l.15 q̄ §.ei qui.ff.de lega.præſ.vide tamen quæ dixi in.l.24.titu.13.5. partita. Adde etiā.l.ſi operarū iudicio. ff.de ope. liber.iuncta.glo.ibi in verbo dāda.verſicu.ſed quare in certa.vnde idem eſſet ſi venditor præcium non conſumpſit vide pecūnia illa conuertetur in vtilitatē maioriæ.Item ſi alienatio fuit nulla ſeu non teneat res debet manere penes maiorem filium,& non penes omnes hæredes.l.ſicut. ff.de ope. liber. ¶Sed quid ſi ille,q̄ ex facultate poterat extrahere à maioria rē aliquam pro dote filiæ,vel aliās leget filiæ talem rem,cū onere ſi ipſa dederit filio ſuo,qui ſuccedebat in maioria talem rem vel tantā quā titatem:& erat talis maioria,in qua non ſuccedebat fœmina ſtantibus maſculis:contingit quòd moritur pater, item & filius maſculus & ſuccedit quidam maſculus trāſuerſalis,cui filia recuſat dare rem vel quantitatem à patre iniunctam,dicēs quòd ipſa eſt hæres fratris? & ſic adimpletum eſt onus iniunctum,an teneatur adhuc ſoluere tranſuerſali ſuccedenti in maioria,quod ſoluere debebat fratri? dic quòd ſic per tex.nota.in.l.ſi is qui.§.fi.ff.de lega.præſ. ¶Item pone quòd quis impetrauit à rege,vt poſsit extrahere à maioria talem rē pro ſecundo filio,qui filius ante acceptationem mortuus eſt,an reuertetur talis res ad maioriam?& videtur quòd ſic.per tex.in.l.proponebatur.ff.de caſtren.pecu.&.l.filius familias.&.l.hæreditatem.§. pater cum ſeq̄n. eo.titu.& confert adhoc quòd ſi rex cōceſsit quod poſſet vendere rem maioriæ Titio non videtur concedere,quòd vendat Seyo,ſcđm And.de Yſer.de.phib.feudi aliena.p Fred.c.Impiale. 1.reſpōſo.l.cū ſeruo.1.reſpon.ſo.ff.de cōtrahenda emptione.Lucas de penna.in.l.ſi qñ.in fin.C.de bonis vacāti.li.10. ¶Sed pone q̄ poſſeſſor maioriæ habuit licētiā à principe alienādi aliquā rē ex maioria,q̄ in vita non alienauit,ſed cōmiſit filio ſucceſſori:vt id faciat, an poſsit:videt q̄ nō p tex.in.l.cerdonē.ff.de ope.liber.in contrarium tamē fortiter facit.l.ſicut.§.ſi debitori.ff.quibus mo.pig.vel hypo. ſol.vbi qui conſentit debitori videtur cōſentire hæredi eius.pro reſolutione videas Bar.in.l.ſi marito.§.ſi voluntate.ff.ſo.ma. vbi diſtinguit inter conſentientem ex voluntate,& conſentientem ex neceſsitate.& ego adderem in conſentiente ex neceſsitate,an duret neceſsitas in hærede vel non,quid enim ſi neceſsitas dotandi ſororem adhuc duraret pro qua princeps alienationē permiſit? certe tunc cum duret neceſsitas durabit,& licentia ex mente Bart.in.d.§.ſi volūtate. ¶Sed quid ſi teſtator qui condidit maioriam conceſsit licentiam vendendi,donandi,& permutandi,prout vellet rem maioriæ an poſsit tempore mortis legare,& ſi tranſiuit multū tempus,q̄ nunquā diſpoſuit poſt licentiā?fortè pōt argui q̄ nō ar.l.viuus.ff.ſi quis in fraudē patro. licet non multū faciat. Tu cogita in hoc. ¶Aduerte etiam q̄ iſtę licentię quæ danē à principe ad alienandas res maioriæ intelligi debent dūmodo alienet bona fide,& ſine fraude maioriæ ex notatis p Bart: in.l.alio.ff.de ali.& ciba.lega.bonus tex.in.l.1.§.pe.&.l.ſilibertus.ff.ſi quid in frau.patro. ¶Quid aūt ſi habebat licentiam vendendi rē ex maioria,& ſic generaliter: iſte ꝙ habebat duas maiorias, vnam ex parte pattis,aliam ex parte mattis,vendidit rem ex maioria matris, tanquam ſi eſſet maioriæ patris an tenebit venditio? & videt quòd ſic.vt notat glo.& ibi Bar.& Platea in.l.1.C.ne fiſcus rem quam vendi.euin.lib.10.contrariū tamen eſſet,ſi licentia fuerat ſpecialis ad rē ex maioria matris,ſi vendidiſſet rē ex maioria patris,vt vult ibi Platea in eo quod dicit de re quæ erat alterius eccleſię,cuius rector non conſenſit.&adde Bal.in.d.l.1.& in.c.1.de his qui feu.dare poſ.colu.1. verſi.ſed nunquid ſuperior. ¶Quid ſi minor.25.annis impetrauit licentiam regiam ad vendendam rem maioriæ, vendidit & tradidit; & poſtea in integrum reſtitutus eſt aduerſus venditionem. & rehabuit rem,an reincidat in maioriam?dic quòd ſic.l.ſecunda.§. interdum. & ibi Barto.ad fin.ff.de vulga.& pupil.l.prima.§.ſi quis adita ff. ad Tertulianum. ¶Sed pone, quòd minor poſsidens maioriam impetrauit à principe facultatem alienandi aliquam rem,ex ea non facta mentione ætatis,an tenebit alienatio? & videtur dicendum, quod ſi alienatio erat ex cauſa neceſsaria, & ſeruata fuerit ſolennitas requiſita in vēditione rerum minorum, quòd tenebit alienatio:quia & ſi expreſsiſſet ætatē adhuc princeps dediſſet licentiam,ex quo cauſa erat neceſsaria.Si verò alienatio fuit ex cauſa voluntaria,nō tenebit alienatio,ex q̄ princeps minori in tali caſu facultatē nō dediſſet,ſeu nō ita de facili.c.poſtulaſti.&.c.ſuplīs.de reſcri. ¶Sed pone q̄ minor ſine facultate vēdidit,& ſine ſolēnitatib⁹ poſtea facta mētione ętatis,& maiorię impetrauit à principe cōfirmationē vēditionis?videt q̄ ſufficiat:quia auctoritas principis ſupplet omn⁹

solennitatē requisitā in alienatione. tex. & ibi Ioan. de plat. in. l. fi. qui hæreditatis. C. de venden. rebus ciui. lib. xi. Item & in ista materia, vide quod dixi in. l. 10. titu. 26. 4. partita. in glo. magna in vers. sed an precium. ¶ Sed pone q̄ pater habebat facultatē faciendi maioriā nouam, & tollendi & mutandi antiquā, qui fecit nouā maioriam in filium, cui veniebat ātiqua maioria, ponens in noua aliqua bona antiquæ maioriç omittens alia, de quibus non fecit mentionem: potuit tamen in nouā maioria aliā bona propria æquiualentia his, quç omisit ex antiqua maioria, an videatur ex hoc vigore facultatis extraxisse bona, quæ sic omisit ex antiqua maioria: vt illa diuidant inter hæredes? & videtur q̄ per hoc videatur extraxisse. arg. l. maritus. C. de procurato. cum cōcordan. de quibus ibi in glo. & quia non est verisimile disponentē grauare voluisse hæredes duplici onere. l. titia. cum testamento. §. qui inuita filia. ff. de lega. 2. & gl. ibi in verbo nō est verisimile, quæ pōderat verba tex. q̄ nō est intentio multiplicandę dotis, quādo vb dotem relinquitur, cū ergo hic nomine maioriæ relinquit, nō videtur velle facere duas maiorias. & facit tex. in ratione sui. in. l. licet. ff. de lega. 1. & l. cum alimenta. §. fi. ff. de ali. & ciba. lega. in contrarium tamē facit tex. in. l. Aurelius. §. testator. ff. de libe. lega. vbi nō videtur recessum in codicillis à dispositione testamenti, quādo non ponūtur in codicillis verba restrictiua: sed dic: q̄ ideo id ibi statuitur: quia fuit positū verbum hoc amplius: vnde fuerūt necessaria verba restrictiua: cōfert etiā ad hoc quod cū præcesserit licētia tollendi antiquam maioriā, actus sequens interpretabit exlicentia præcedenti. l. quædā mulier. ff. de rei vendi. & quod notat Bal. in c. vnico. quid iuris sit si post alie. vasa. feu. recu. ibi. 2. nota. in vers. pro fecto. ¶ Item pone q̄ rex concessit patri facultatē permutandi aliquā rem maioriç, an si pater nō fuit vsus facultate, transeat ad filiū? & videtur q̄ nō per tex. in. l apud Iulianū. §. si quis alicui. ff. de lega. 1. & l. 27. titu. 9. 6. partita. & videtur de hoc bonus tex. in. l. sicut. §. fi. ff. quibus mo. pignus vel hypo. sol. quod limita & intellige, nisi talis facultas fuerit cōcessa ppter vtilitatē maioriç: vt notat Bal. in. §. marchio. ver. pone concessum est per priuilegiū. de his q̄ feud. dare pos. Aduerte etiā q̄ quādo licētia dat ad vēdendū bona aliqua maioriç: ita vt alia loco illorum surrogentur bona taliter surrogata sequuntur naturā, & qualitates primorū, vide bonū tex. in. l. generali. §. hæredes. ff. de vsufru. lega. & ibi Bar. ¶ Quid antē si alicui est data facultas alienādi rē aliquā maioriç, an si vendat post annū incidat in pœnā, ac si vēdidisset sine facultate? Ioan. Faber videtur velle q̄ sic. in. l. fi. C. de iure emphi. allegās specu. titu. de locato. vers. 98. & l. sicut. §. si voluntate. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. ex quo doctor de pala. rube. in quibusdā suis recollectis inferebat ad facultatē regiā ad faciendū maioriā, q̄ expiret per annū. & nihil aliud allegat nisi prędicta: facit tamen ad hoc. c. plerunq; & c. fi autem. de rescrip. & l. 35. titu. 18. 3. partita. & licet loquantur in rescriptis ad lites ex ratione, videtur q̄ possunt ad istas facultates ad maioriam extendi: cū vtraq; rescripta videantur odiosa: sed in vtroq; dicto, videtur tenendū esse contrarium: imò q̄ talia rescripta durent saltem per decem annos, iuxta. l. vnicam. ff. de nundi. & l. 42. titu. 18. 3. partita. neque obstat dictū specu. & Ioan. Fabri. quia contrariū videtur verius. & Ioa. Andr. in addi. ibi tenet contrariū, quādo nō esset cert⁹ terminus prefix⁹. & d. c. plerūq; nō obstat, quia & ibi rescriptum valeret post annū, nō impetrato secūdo ab aduersa parte. glo. & docto. ibi. ¶ Sed an sit causa iusta concedendi facultatē ad alienationē bonorum maioriæ, quando res maioriæ sunt in partibus remotis à domicilio possessoris maioriæ? & videtur q̄ sic per tex. in auctentico de ecclesiasti. titu. vers. si autem annale legatum. colla. 9. & voluit Bal. in. l. voluntas. C. de fideicom. in lectura antiqua refert Iason. in. l. filiusfamilias. §. diui. in repe. nume. 81. de lega. 1. vbi hoc limitat. ¶ Quid autem si quis haberet maioriam. cū licentia principis factam, & cum tali vinculo & conditione, quòd & si possessor talis maioriæ committeret crimen etiam læsę maiestatis, bona maioriæ non confiscarētur, & maioria trāseat in sequentē vocatū, qui postea ex facultate regia extraxit aliqua ex bonis maioriç: & ea dē facultate fecit de talib⁹ bonis aliā maioriā in aliū, & alios, qui nō vocabātur per maioriā antiquā sub aliquib⁹ pactis & cōditionibus: & signāter inter cætera: quod si possessor talis nouæ maioriæ cōmitteret crimē læsæ maiestatis, bona talis maioriç perderet: neq; vlterius in tali casu dispositum in quē trāsirēt. modo vero aliquis qui possidebat talē nouā maioriā, cōmisit crimē læsę maiestatis: & sic perdidit illa bona, an cōfiscabūtur regi, vel redire debeant in primā maioriā, dubiū est notabile. & videt q̄ nō cōfiscentur: sed redeant ad primā maioriā, per id q̄d in fortioribus terminis notat Bal. in. c. studuisti. de offi. lega. vers. pone papa. vbi ponit

herederos[a]: que de la mãda q̃ desta guisa fuesse fecha: non puede el heredero sa

e ¶ *Mugeres.* Concord.cum.d.auĉ.in ſucceſsione &.l.maximum vitiũ. C.de liber.præteri. aliquando tamen ex natura oneris appoſiti,videtur vocati maſculi,& excluſæ fœminæ:vt ſi rex conceſsiſſet alicui caſtrum,vel aliam rem,vt ipſe & filius maior ex eo & alij deſcendentes ſeruirent regi,in aliquo officio virili,vt deportando lanceam, quando rex iret in bello,vel vexillum,vel quod eſſet magiſter Sala: vel quid ſimile:nam cum fœmina non ſit capax cauſæ,neq; erit capax cauſati tex.& ibi Bal.in.§.pe.de his qui feud.dar.poſſ.& ex iſta. l.inferes quod ſtatutum de excluſione fœminæ propter maſculum, licet factum ſit propter publicum bonum conſeruandarum familiarum.l.1.§.denuntiare.ff.de vent.inſpici.tamen nõ eſt equum:imo odioſum quia quidquid eſt contra iuſtitiam æquitatis,eſt odioſum, ſecundum Bal.in.l.certum.col.1.C.vnde cogna.hinc dicit idem Bal. in.l.omnes populi.col.9.ff.de iuſti.& iure.quod ſi ſtatutum dicit,q̃ primogenitus non ſecundogenitus ſuccedat,quod non extendetur ad primogenitam,aſſerens tale ſtatutum eſſe odioſum,& irrationabile:eo quia in natura pari non debent contraria ſtatui,Bald.tamen in.l.2.C.de in ius vocan.latè diſputat,an ſtatuta,quæ excludunt fœminas,& deferunt hæreditates maſculis,ſint odioſa vel fauorabilia? & tandem per glo.ibi ſoluit tale ſtatutum ex parte ſuccedentis eſſe fauorabile:ex parte verò mulieris,quæ repellitur,eſſe odioſum.vnde ſi ſtatutum dicat,quod filia non ſuccedat,ſuccedet neptis ex filio: quia repreſentat patrẽ,qui ſuccedebat. q̃ tu nota admaiorias excludẽtes fœminas, & vocãtes maſculos,vt tanquam odioſæ diſpoſitiones reſtringantur Confert etiã vt ſi qs faciat ſimplicitè maioratũ, quod ſuccedet filia primogenita, excluſo maſculo ſecundo genito , ex q̃ diſponens nõ prætulit maſculos fœminis: ſed tantũ vocauit nunc primogenitũ: cum appellatione filii veniat filia.l.quis.&.l.iuſta interpretatione.ff.de verb. ſigni. facit ad hoc quod not.Bal.in.c.fi.de feud.dat.inuicem leg.commiſſo.in ver. Ego de facto fui conſultus.vbi concludit quod ſi emphyteoſis eccleſiæ præſcribatur extendetur in tertiam generationem tantum,non in infinitum ea ratione:quia ſicut emphyteoſis informiter conceſſa, ideſt,ſine perſonarum diſtinctione,intelligitur in tertiam generationem,vt in auĉ.de non alienan.§.emphyteoſim.& tamen in emphyteoſi conſtat venire etiam fœminas,& non excludi propter maſculos,quando fuit informiter conceſſa per viam donationis,vel priuilegij,ſeu in vltima voluntate,vt latè tradit Iaſon.in.l.ſi quis id quod. col.7.ff.de iuriſdictio.omn.iudi.ſecus tamen eſſet in contractibus, vt latè ibi per eum.col.6.& in.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus. ff.de verb.obliga.In contrarium tamen facit quod notat Bal.in.l.in multis.ff.de ſtatu homi.facit quod not.Barto.in.l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Trebellia.vbi dicit quod teſtator videtur ſe referre ad conſuetudinem,& ſtatuta loci in diſpoſitione ſua.Bal.& Petr.de Anch. in.l.tres fratres.ff.de pact.& in terminis primogenituræ ex conſuetudine Hiſpaniæ,tradit Andr.Sicul.2.volu.conſilio.conſi.10.incipit ſapienter ſcribitur.& Decius.conſi.397.viſo puncto.col.2.& de more hiſpaniæ eſt,vt in maioriis per exiſtentiam maſculi,licet natu poſteriores,excludatur fœmina eius loror.licèt prius genita:& habemus hoc expreſſum in ſucceſsione regni in.l 2.ti.15.2.part.ad cuius exemplum cęteræ maioriæ debent regulari,vt adducit Pau.de Caſt.conſi. 164.in cauſa maioriæ hiſpalenſis.Facit etiam contra id quod primo loco dixi dictum Bald.quod ſuperius retuli in.l.omnes populi.col. 9.ff.de iuſtitia & iur,& hoc vltimum de iure verius:procederet tamen primum,quando non extaret filius maſculus,prout etiam habetur in ſucceſsione regni in.d.l.2.& facit bene ad id quod dixi.l.agnato.ff.de legiti.tuto.vbi habetur,quod fœmina propinquior,nõ impedit agnatum remotiorem in ſucceſsione tutelæ.vnde etiã ſi aliquis præcipiat,quod bona ſua iure primogenituræ veniant in filiũ, vel filiam maiorem:filia nõ veniet niſi in defectum maſculi facit bonus tex.in.§.ſimiliter.de capita.qui curiam vena.vbi habetur,quod ſi feudum ſit receptum pro maſculis,& fœminis intelligitur fœmina vocata in defectum maſculi,& conſuetudo interpretatur pactũ, cum igitur generalis ſit conſuetudo in maioria,quod non ſuccedat fœmina ſtante maſculo,ita tale pactum & diſpoſitio debet interpretari,iuxta ductam conſuetudinem,maximè ſtante.d.l.partitarum.& adde quæ tradit Alex.ſatis ad propoſitum.conſi.29.col.pe.in primo volu.& per totum conſilium.vbi diſputatur hæc quæſtio prò vtraq; parte.vide etiam ad iſtam quæſtionem Io.Cirier.in ſuo tractatu iu-

ris primogenituræ lib.1.q.19.confert ad prædicta quod feudum vel maioria ſemper præſumitur conceſſa ſecundum ſuam propriam naturam, niſi alteratio probetur.Bald.in.§. fina.quid ſit inueſtitura & adde prædictis deciſio.Dalphinatus Guido. pape.506. incipit in contractu matrimonij.¶Er ex his inferre poteris,quod ſi concedatur licentia,per regem ad faciendum maioriam in vnum ex filiis vel filiabus,quem quis elegerit,quod ſtante maſculo,nõ poterit fieri in fœminã.bonus tex.in.§.quinetiam epiſco.vel Abba.c.1.de eo qui ſibi vel hæredib.ſuis.& quod not.Pau.de Caſt.in.l.cætera.§.ſi duob⁹. ff.delega.1.& quid ſi rex conceſſit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filiis maſculis & ipſe cui data eſt fecit,in filium maiorem maſculum & eius deſcendentes neq; diſpoſuit quod non ſuccederet fœmina contigit quod iſte filius habuit filiam & nõ filium maſculum an ſuccedit hæc fœmina vel frater patris & videbatur quod nõ ſuccederet fœmina,quia clauſula facultatis de maſculo,intelligatur repetita in cæteris vocationibus.Sed in contrarium videtur text.in l.1.coniuncta.l.3.§.emancipatos.&.l.vtrum cum glo.ff.de aſſig.liber. ¶Quid autem ſi conditor maioriæ voluit quòd maioria deueniret ad filios maſculos,& maſculos deſcendẽtes ex eis per lineam maſculinam:ita quod nõ veniat ad fœminas:an in defectum filiorum maſculorũ veniet fœmina?videtur quod ſi conditor maioriæ voluit maioriam eſſe perpetuam,quod tali caſu deficientibus maſculis fœmina ſuccedet in maioria tacit.d.l.agnato.& quod ibi not.Bar.ſi tamẽ hoc non conſtaret,videtur quod in perſona vltimi maſculi deceden tis,expirẽt vincula maioriæ.arg.l.qui ſolidum.§.prædiũ.& quod ibi not.Bar.ff.delega.2.¶Quid autẽ ſi maioria excludit fœminas,& vocat maſculos & exiſtit maſculus inhabilis:tamen ad ſuccedendũ in maioria:quia fortè frater minor,vel alias inhabilis ad ſuccedẽdũ,an tunc admittet fœmina?Bal.in.l.maximũ vitium.col.5.ver.itẽ quæro nunquid ſtatutũ mouet iſtam qõnem,in ſimili & concludit,q; ſi ex ſtatuto frater excludit ſororem,nõ procedet ſtatutũ in fratre,q non ſuccedit ex eo:quia de iure non poteſt ſuccedere,vel licet poſſet,renuntiauit tamen hereditati,vide ibi per eũ,adde tex.& ibi Bar.in.l. 2.§.ſed ſi ſint ſui.ff.ad Tertul.& tex.& ibi Bar.in.l.1.§.ſi pater.ff.de cõiungen.cũ emãcipa.liber.eius & tex.in.§.ſoluto.in fi.in auẽ.de nupt. & loquit Bar.pulchrè & ſubtiliter in.d.§.ſi pater.vide ibi per eũ quia informabis ingenium ad aliqua pulchra in iſta materia. Et adde Decium conſi.383.incipit viſo puncto.col.2.3.&.4. ¶Quid ergo ſi cautũ ſit in maioriæ inſtrumento,quòd deficiẽtib⁹ filiis maſculis,maioria veniat in fœminã,an intelligatur de filia primogenita,vel de alia,cui poſſeſſor maioriæ velit gratificare?Bal.in ſimili loquens in feudo.vr̃ decidere iſtam qõnem.in.c.1.§.& quia vidimus.col.pe.ver.extra quę ro de his qui feu.dare poſ.vbi dicit,quod ſi actũ eſt q; deficientibus maſculis,feudũ veniat in vnã fœminã,& extant plures fœminæ,an ſuccedat primogenita,vel an domin⁹ gratificabitur,cui voluerit,vel an ratione incertitudinis vitiabitur vel ſorte dirimetur,& pro primogenita allegat.l.ſi quis ita ſtipulatur.ff.de verb.obl.& pro dño feudi, dicit q; facit.l.ſi quis ſeruum.§.inter duos.ff.deleg.2.quod verò incertitudo vitiet,allegat.l.cũ ex pluribus.ff.de manumiſ.teſta.quod ſorte dirimatur allegat.l.ſecundam.C.qñ & quib.quarta pars debea.li. 10.tandem reſponder,quod ſi primogenita ſuccedit in alia hæreditate,ſuccedet etiã in feudo,& q; alias dñi ſit electio,quem vaſallũ velit: in maioria tñ loquendo ego ſimpliciter crederẽ abſq; alia diſtinctione,primogenitã admittendam,per tex.& quæ ibi dixi in.d.l.2.tit.15. 2.parti.non enim in maioria militant rationes,q; in feudo.¶Sed pone quod princeps cõceſſit facultatẽ faciendi maioriã in vnũ ex filiis maſculis,& ille cui fuit conceſſa,fecit in vnũ filiũ maſculum,& deinde in deſcendentes ex eo ordine genituræ,quibus deficientib⁹ vocauit aliũ filium ſuũ maſculum,& deſcendẽtes ex eo:& non diſpoſuit, q; nõ ſuccederet fœmina:poſtea cõtingit,quod iſte filius habuit vnã filiam tantum,& nullũ filium maſculum,an ſuccedet in maioria dicta filia,vel an excludet à patruo ſuo fratre patris ſui?& videt prima fronte,q; ſuccedat patruus:& ſic quod clauſula facultatis prouidentis maſculis,intelligatur ſemper repetita.& quia vr̃ de intẽtione principis,quod ſemper ſuccedat maſculus. In cõtrarium tamen videtur eſſe text.in.l.1.coniuncta.l.3.§.emancipatos.&.l.vtrum cũ gl.ibi.ff.de aſſignan.liber.ibi enim habet,quod licet à prin.aſſignatio liberti de beat fieri filio in poteſtate:tamẽ iſti filio in hoc,iure quodammodo maioriæ ſuccedit emãcipatus fili⁹,& nõ patruus frater patris,videm⁹ etiam q; conditio adiecta in inſtitutione nõ cenſet repetita in ſubſtitutione.l.ſub cõditione.ff.de hæredib.inſti.& cũ vt dixi,tractet materia odioſa de excludendo fœminas:debet reſtringi,& non extẽdi. ſic & Io.de Anania.conſi.22.incipit ad probandã.conſuluit qualitatem maſculinitatis in vno,vel duobus capitulis teſtamenti appoſitã non videri repetitã in alio capitulo,in quo ſimpliciter filij vocantur de quo latiꝰ videbis per laſ.in.l.qui filiabus.in prin.col.1.ff.delega.1. ¶Quid autẽ ſi ex diſpoſitione maioriæ fœmina nõ poteſt ſuccedere ſtante maſculo,etiã ſi eſſet maſculus ex fœmina:deficientibus verò maſculis vocata eſt fœmina,& quidam poſſeſſor maioriæ deceſſit relicta vxore prægnãte,& etiam relicta ſorore maiore iam nupta,quæ non habebat filiũ maſculum:& relicta etiam minore ſorore,quæ filium habebat maſculum:contigit q; vxore prægnante mortuus fuit filius maſculus ex ſorore minore,& demum peperit vxor filiũ mortuum:quæritur quis ſuccedet in maioria?& dicendũ vr̃,q̃d ſoror illa maior:ex quo nõ reperit maſculus,qui eam excludat:& videtur eſſe caſus in.l.itẽ prætor.§.fi.ff.de ſuis & legiti.hære.&.l.1.§.pe.ff. ad Tertul.¶Sed pone retẽto eodẽ themate,quod licet vxor ſe credebat prægnantẽ:in veritate tñ non erat prægnans.& vr̃ tunc dicẽdũ,quòd ſuccedat ſoror minor iure filij ſui maſculi,qui defunct⁹ eſt,ex quo ſecũdum veritatem naturæ maioria iam trãſiuit ad illũ:& ex eius pſona reuertit ad proximiorẽ ſibi fœminã eius matrẽ.& vr̃ de hoc eſſe caſus.in.l.in teſtamẽto.§.vtiq;.ver.eſt autẽ tractatũ.ff.de ſuis & legi.hæredi.facit.l.cũ ita legatur.§.in fideicommiſſo.ff.delega.2.& q̃ tradit Soci.in.l.ſi cognatis.ff.de reb.dub.col.fi.ver.6.& vltima concluſio.& p eundẽ cõſi.49.volu.1.¶Sed quid dices,cũ prius fuit vocatus maſculus,& in defectũ fœmina:pone q; poſſeſſor maioriæ,qui habebat filiũ,captus fuit ab hoſtibus,q; fili⁹ habuit etiã vnã filiam patre adhuc exiſtente in captiuitate,habebatq; ſororẽ ex patre capto, mortuus eſt iſte filius relicta dicta filia:poſtea verò ex ſorore natus fuit fili⁹,& deinde pater mortuus in captiuitate,q; ſuccedet ĩ maioria,an filia filij, vel filius filię captiui?& vr̃ dicendũ q; filia filij:quia præſumit à lege patrẽ fuiſſe mortuũ præambula hora captiuitatis.l.lex Cornelia.ff. de vulg.& pup.l.in omnibus.ff.de capti.& poſtlimi.reuerſ.& ſic fili⁹ vr̃ ſucceſſiſſe:& cũ nõ eſſet natus filius ſorori tpe,quo ipſe abiit,reliquit maioriã filię ſuę,q̃ ſibi nõ tollit ex ſuperueniẽtia maſculi.& p hoc poteſt induci.l.pe.ff.de ſuis & legiti.hęredi.&.l.1.§.1.ff.ad Tertul. quæ etiã poſſet induci in partẽ contrariã pro filio ſororis:ſed primũ magis placet attẽtis his,q̃ dicta ſunt & diſpoſitione.l.tauri.40.&.45. ¶Pone etiã quod teſtator fecit maioriã,& dixit & quia per mulieres pdi ſolet generis memoria:cũ tranſeunt in alienã familiã,volo quod in iſta maioria fœmina non ſuccedat,& contingit q; tpe quo deferẽ maioria eſt filia fœmina poſſeſſoris,nupta alicui de agnatione & genere teſtatoris,& de eius nomine:ſeu appellido,vt vulgariter loquar, an ſuccedet tunc talis fœmina?& vr̃ q; ſic.ex quo ceſſat ratio à diſponẽte aſſignata,& diſpoſitio reſtringit⁹ p rationẽ.l.cũ pater.§.dulciſſimis.ff.delega.2.ex quo enim ille maritus fœminæ deſcendit à diſponente,hoc etiã ſuaderi vr̃ fuiſſe de eius volũtate:& quod ſi fuerat interrogatus ita diſpoſuerat:& pro hoc vr̃ eſſe quaſi caſus,in terminis. in.l.2.§.ad filiorũ.C.quando & quib.4.pars debea.lib.10.& per illã.l. Io.de Plat.in.l.1.C.de impon.lucrati.deſcript.eod.li.& etiã per tex.in d.l.1.infert argumentũ,q; ſi filia mater vel auia vaſalli nubat alteri vaſallo eiuſdẽ domini,quod ipſa ſuccedet in feudũ:ex quo conditio pſonæ vaſalli nõ mutat,licet alias fœminę in feudũ nõ ſuccederent:cũ enim conditio perſonę nõ mutatur,neq; ſtatus rei conuenit immutari,quod tu bene nota.& dato ocio.latiùs cogita.¶Sed quid ſi teſtator habens filias,& vxorem prægnantẽ fecit maioriã,& voluit,q; ſi vxor q̃ prægnans erat,pareret filiũ maſculum,ille ſuccederet in maioria:& quod alias faciebat eam in filiã maiorem,& eius deſcendentes ordine genituræ,& in eius defectum in ſecundam filiam:contigit quòd teſtator non deceſſit pro tunc:& vxor tunc peperit filiam: poſt modum verò iterum ex eodem teſtatore prægnans facta eſt, qua prægnante deceſſit teſtator,quæritur ſi vxor pariat filium maſculum,quis ſuccedet in maioria,an ille filius maſculus,vel filia maior:vel an deficiat diſpoſitio tãquam ille caſus fuerit omiſſus?quod prima facie videbatur per l.commodiſſime &.l.placet.ff.de liber.& poſthu.neq; obſtare videtur.l.filius.§.ſi quis ex certa.ff.eod.quia ibi in genere & ſimpliciter inſtituit filium ex vxore certa non ſe referẽs ad partum tunc inſtantem,ſecundum glo.in.l.ideoq;.& ibi Bart.ff. eo.videtur tamen quòd de mente defuncti fuerit vocare maſculum, quandocunq; naſceretur,& pro iſta parte multum facit deciſio Ioã. Andr.in additio.ad Specu.in rub.de teſta.in additio.magna.ver.occurrit alia quæſtio,vbi dicit,quod licet teſtator inſtituat ventrẽ vxoris,ſi poſtea teſtator alios liberos ſuſcipiat,& illi etiam videnẽ inſtituti:& quod procedit hoc & ſi eos habeat ex alia ſecunda vxore,tenet in expreſſo Socinus.in.d.l.placet.& eſt opinio communis doctorũ ibi.quicquid in contrarium voluerit ibi Paul.de Caſt.& vide ibi per Socin.reſpondentem ad dictum gloſ.in.d.l.ideoq;.& tenentem opinionem Io.Andr.pro indubitata,quando nati ſunt ex eadem vxore & aſſerentem glo.illam in hoc nõ contradicere:& iſtud videtur verius ſi nõ conſtet teſtatorem pręciſe ſe retuliſſe ad partum,tunc iam formatum in vtero vxoris.¶Succedit etiam quæſtio pulchra quid ſi conditor maioriæ,in defectum maſculi voluit ſuccedere fœminam: hac tñ coditione,q; nuberet homini ſui generis,q; nomẽ ſuũ haberet & inſignia,vt ſui nominis memoria coleuaret.cõtigit,q; talis fœmina contraxit matrimonium cũ extraneo,qui tamen accepit nomen & inſignia cõditoris maioriæ,an fœmina perdat maioriã,vel adhuc

posset eam haberi? & q̃ possit illam habere. & nõ pdat vr facere tex. in l. murilegu. li. ff. p quẽ Bar. & Io. de Plat. ibi inferũt ad qõnem, q̃ si monasteriũ cõcedat in emphyteosim sub pacto, q̃ tranleat in filiã fœminã: q̃ tñ nubat alicui subiecto monasterii iurisdictioni, q̃ si filia vult nubere extraneo, q̃ vult effici de iurisdictiõe monasteriũ, qđ poterit talis fœmia sic nubẽs retinere emphyteosim. Itẽ q̃a ad limites rõnis limitãda vr dispositio. d. l. cũ pr. §. dulcissimis. ex eo enim voluit, qđ nuberet alicui de genere: & de noĩe eius: vt talis portaret ĩsignia & nomẽ, qđ si hoc faciat extraneꝰ. vr satis factũ mẽti & dispõi rõditoris & eo maximè: q̃a etiã si talis fœmina nupsisset cũ aliquo de genere cõditoris licet nõ descẽderet p lineã masculinã: sed p fœmininã satis eẽt ad cõplemẽtũ dispõnis: q̃a ẽt de genere meo dicũtur illi, q̃ sunt mihi cognati, secundũ Bal. in. l. i. ff. de ꝓba. Pau. de cast. in. l. i. C. de cõdi. insertis. ver. itẽ q̃rit vbi dicit. q̃ ista est veritas, qđ descendẽtes ex fœminis dicũtur esse de genere, & tradit latè Decius. cõl. 22. incipiẽti. in casu proposito. & tradit Bar. in aut. qb. mod. nat. effici. fui. §. i. colla. 7. & tñ qui veniũt p lineã fœmininã, tranſierunt in alienas familias: & sic in casu qõnis, disponẽs nõ vr habuisse respectũ ad conseruandã agnationẽ: sed tñ ad nominis memoriã, q̃ cõseruaꝝ assumẽdo extraneus nomẽ & insignia. Itẽ talis dispõ referenda erat ad eũ, cui fœmina digne & iuste nubere posset. l. cũ ita legaꝝ. ff. de cõdi. & demon. Bar. & Platea. in. l. edicim⁹. C. de Murilegu. li. n. & sic talis, cui nuberet, debet esse vltra quartũ gradũ, qđ etiã ostẽdit disponẽtẽ, hoc præcisè nõ iussisse, rõne sui generis: sed ratione suæ memoriæ cõseruandæ quæ cõseruatur, vt dictũ est. l. facta. §. si in dãda ver. si verò nominis. ff. ad Trebel. & de ista mutatione nominis & assumptionis alteri⁹ nominis, & insigniũ, videas Guliel. benedictũ vltra alios. in repe. c. Raynuntius. in prin. fo. 8. & 9. de testa. ¶ Pone verò q̃ ex tenore maioriq̃ fœmina transuersalis nõ succedit: sed eã excludit masculus etiã descendẽs ex fœmina: modo aliqs habebat maioriã, & vxorẽ prægnantẽ, & sororẽ & fratrẽ: mortuus est possessor maioriæ, relicta vxore prægnãte, & fratre & sorore: contigit, q̃ partu adhuc existente in vtero, obiit frater relicta filia, mortua etiã est eodẽ tempore soror relicto filio masculo: postea verò vxor prægnãs fecit abortũ, quæritꝝ qs succedat in maioria, an filia ex fratre, vel filius ex sorore? & vr dicẽdum, qđ filius ex sorore: cũ frater ꝓximior agnatus decesserit pendẽte dubio, an posthumus nascaꝝ: & sic ius suũ non trãsmisit in filiã: cũ sibi maioria interim nõ est delata. Et pro hoc vr esse casus & ibi not. Bar. col. 2. in. l. ventre præterito. ff. de acqui. hære. ¶ Quid aũt si ex tenore inuestituræ, & maioriæ fœmina nõ succedit: nisi cũ fuerit vnica patri suo, seu cũ nõ sint filij masculi: sed fœminæ patri morienti, nũc pone, qđ auus possidebat maioriã, q̃ habebat duos filios masculos, cuius filius maior mortuus est in bello in seruitio regis, relicta filia: q̃rit qs succedet auo in maioria, an filius secũdus aui, an filia primogeniti? & vr qđ filia primogeniti. arg. tex. & q̃ ibi Io. de Plate. in. l. i. C. de filiis officia. li. 12. nam qui in acie principis moriunt, per gloriã viuere intelliguntꝰ, & sic vr succedere patri morienti nunc: sed videt hoc rigidũ, vt p talẽ fictionẽ excludaꝝ filiꝰ secũdus masculus, & vocet fœmina cõtra tenorẽ maioriq̃. ¶ Sed q̃d si testator fecit maioriã in filiũ, & voluit qđ bona maioriæ semper in familia remanerẽt: & ab ea nõ exirent: & q̃ iste filius relinq̃ret proximiori de familia: modo iste filius veniẽs ad mortẽ, & carens filiis, relinquit istã maioriã sorori suæ: cũ tñ haberet & aliũ fratrẽ masculũ, an potuit facere? & vr qđ sic. per tex. & ibi Bal. in. l. voluntas. C. de fideicõ. Cõtrariũ tñ credẽrẽ ex quo ex tenore maioriæ cõstat esse ꝑpetuã: cũ voluit semp in familia remanere: si tñ ista verba, vel æquipollẽtia nõ essent: ꝓcederet qđ hr in. d. l. volũtas. alias secus: q̃a iuris intellectu ꝓximior qui à testatore. & etiam ex. l. dispositione est vocatus vt in. l. cũ ita legaꝝ. §. in fideicõ. ff. dele. 2. intelligeꝝ de masculo, vt tetigi superi⁹ & adde Pau. de Cast. in. l. maritus. C. de ꝓcu. ¶ Quid aũt si testator iuxta. l. tauri. dispoſuit, q̃ in successione maioriq̃ nepos masculus ex filio, licet præmoriaꝝ pater viuo auo possessore maioriq̃, ꝑferaꝝ patruo: si tñ talis filius relinq̃ret fœminã filiã, & nõ masculũ: tunc dispoſuit, qđ succederet patruꝰ excluſa tali filia, modo cõtigit, q̃ quidã q̃ possidebat maioriã, dedit illã in vita sua filio suo maiori, & sibi eã renũciauit, & tradidit: moriꝝ postea filius maior, relicta filia, & viuo auo & patruo, qs succedet tũc in maioria? Decisio qõnis vr pẽdere ex eo puncto, an tenuerit renuntiatio in vita in præiudiciũ vocatorum ad maioriã vel ne. Nã si tenuit, filia fœmina succederet: cũ poterat in defectũ alteri⁹ fratris sui masculi succedere patri, neq; repugnabat tenor maioriq̃, si verò renuntiatio nõ valuit, succedet alter filiꝰ. & sic patruus, qđ vr de iure veri⁹ p text. in. l. cũ pr. §. à filia. ff. deleg. 2. & in. l. filius familias. §. diuus seuer⁹. ff. deleg. 1. & q̃ not. Bar. in. l. vnũ ex familia. §. sed & si fundũ. ff. deleg. 2. & Bal. in. l. post mortẽ. C. de fideicõ. qđ est notandũ ad similes etiã quæstiones. ¶ Pone verò qđ in dispõne maioriq̃ continet, q̃ in ea nõ succedat fœmina: sed q̃ succedat masculus ꝓpinquiori decedẽti: cõtigit q̃ pater possidet maioriã, qui habet filiã, & ex ea nepotẽ masculũ, habet etiã fratrẽ: & moriꝝ pater & cũ fœmina excludaꝝ: est modo contentio inter patruũ & nepotẽ ex filia, qs succedat: frater asserit se esse propinquiorẽ decedẽti: quia secundũ ius canonicũ est sibi cõiunctus in primo gradu: nepos verò ex fœmina est in secũdo gradu: & sic q̃ præcedit in vno gradu: nepos verò allegat pro se, q̃ ipse est in linea descendentiũ. & ideo propinquior debet cẽseri respectu aui, quam patruus suus, qui est in linea transuersali, vt est tex. hic. & in aut. in successiõe. C. de suis & legiti. hæredi. & testator seu conditor maioriæ videtur se iuri communi conformasse, & disponere secundũ ius, vt tradit. Bald. in. l. 2. C. de conditio. inser. & quæ notant Bart. & docto. in. l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebellia. Item quia iam maioria intrauit lineã sui aui, vnde nõ debet exire ab ea necdũ finita & facere transitũ in aliã, vt in. c. vnico. de duob. fratri. à capita. inuesti. 1. 2. de natura successio. feud. allegat etiã pro se legẽ tauri. 40. disponentẽ nepotem excludere patruũ necdum in successione ascendentiũ: sed etiam in successione transuersaliũ, quæritur quid iuris? & Bal. videtur decidere istam quæstionem. in aut. cessante. col. fi. C. de legiti. hæredi. versi. vnde facit ad qõnem. vbi dicit, qđ si ex cõsuetudine nõ succedat filia in baronia: & quidã baro habebat fratres, & nepotes ex filia præmortua: & sic decedat, q̃ non admitterur nepos: quia venit ex persona suæ matris. & ideo repellendus: sed vbi nõ essent fratres, neq; fratrum filij: sed viteriores, tunc bene veniret nepos: quia tunc nõ consideramus personã eius, à quo descendit, secundũ Iacob. de Raue. & Cyn. vult ergo. Bal. nepotem ex filia excludi à patruo, in casu qõnis propositæ: quia nõ potest dici propinquior decedenti: nisi intret in locũ matris, quæ cũ sit excluſa, nepos nõ est in eius locũ admittendus: & qđ tunc nepos admitteret, quando contenderet cũ alio remotiori masculo, quam esset frater defuncti: quia nõ esset sibi necesse, tũc intrare locum matris & ad allegata pronepote potest respõderi, q̃ hic nõ tractaꝝ de successione aui ipsius nepotis: sed primi constituentis, qui omnibus à se descendentibus vr prospexisse, secundũ ordinẽ gradus. c. 1. de eo q̃ sib. & hæredi. suis mascu. & fœmi. & sic cessat quod tradit in. d. c. vnico. de duob. fratri. & quod habet in ista. l. & in. d. aut. in successione: cum etiã frater sit de linea descendẽti, respectu primi disponẽtis. Lex etiã taurina nõ obstat: quia ꝓcederet vbi ille, quẽ nepos repræsentat, poterat succedere, & nõ alias excluderet patruũ. Tu cogita, quia qõ est notabilis, & pulchra & dubia, maxime eo attẽto: q̃a de iure ciuili fratꝛ & nepos sunt in pari gradu decedenti, vnde frater nõ poterit se dicere propinquiorẽ decedenti, secundũ cõputationẽ iuris ciuilis, quæ attendit in successionibus, vt in. l. 3. ti. 6. 4. parti. & Alb. in aut. post fratres. C. de legiti. hære. relatis dictis Iacob. de Raue. de quib⁹. §. per Bal. subdit, quod in contrariũ multũ facit: quia licet nepos veniat ex ꝑsona filiæ: tñ nõ venit vt fœmina: sed vt masculus. allegat q̃ dixit in simili. in aut. itaq;. ad fi. C. cõia de succes. cũ igit in isto nepote cõcurrat ea dẽ proximitas & sexus, & sit in eadẽ linea quã ingressa est maioria, maxima æquitas vr pro isto nepote. Tu verò qui habes maius ociũ lati⁹ cogita. ¶ Sed qd si ex dispõne maioriq̃ vocati sunt masculi, quos disponens voluit semp ꝑferri fœminis, & in defectũ masculorũ, vocauit fœminas, an tũc etiã masculi ex fœminis excludãt fœminas? & videbaꝝ q̃ nõ ex his, q̃ in prin. huius gl. dixi: q̃a cũ tractet de dispõne odiosa videt restringẽda. & sic q̃ testator habuisset respectũ ad conseruationẽ agnatiõis, q̃ cõseruaꝝ p masculos descẽdẽtes ex masculis, nõ p descẽdẽtes ex fœminis. Habeꝝ ergo perinde acsi vocasset agnatos, & eis deficiẽtib⁹ fœminas. cõfert ad hoc qđ dicit Spe. ti. de loca. §. nũc verò aliq̃. ver. 146. qđ si qs accepit rẽ in emphyteosim ꝓ se & filiis suis masculis, intelligi debet de masculis descẽdẽtibus ex masculis, & nõ de descẽdẽtib⁹ ex fœminis, licet sint masculi. & tradit ẽt Pau. in. l. Gallus. §. nunc de lege. col. fi. ff. de lib. & post. facit ad hoc ẽt qđ no. Bal. in c. vnico. fi. col. ver. extra q̃ro. an agnatꝰ vel filiꝰ defuncti vbi dicit, q̃ si statutũ disponit qđ agnati excludãt filias à successiõe filiꝰ fratris nõ excludet filiã: q̃a nõ est agnatꝰ, licet ꝓ Iustinianũ redactꝰ sit ad paritatẽ agnatorũ, & nullũ iste est idẽ. l. qđ nerua. ff. depoſi. nõ enĩ secũdũ eũ vocaꝝ iste agnatꝰ re & noĩe, neq; re tñ: sed sic is de quo statutũ nõ loqtur maximè q̃a tale argumẽtũ à simili induceret excluſionẽ fœminę, cõtra ius naturale. & ita dicit Bal. fuisse determinatũ Bononiæ. dispũtãdo ꝓ. D. Marti. in cõtrariũ vr esse tex. in. c. 1. de eo q̃ sibi. & hæredi. suis mascu. & fœmi. vbi habeꝝ, qđ si feudũ cõcediꝝ masculis, & eis deficiẽtib⁹ fœminis masculꝰ genitus ex sorore excludit amitã seu aliam fœminã. Neq; obstat, si dicaꝝ q̃ illud sit ſpãle in feudo, eo q̃a fœmina nõ põt seruire: nã rñdet, ꝓut rñdet Pet. de Anch. cõ. 359. incipit nos Petrus de Anch. & Floria. qđ illud nõ statuit ibi ꝓp aliquam ſpãlitatẽ in feudorũ materia: sed est qđã interꝑtatio prudẽtiũ in illo casu, ꝓut ibi dr in tex. cũ non sit dare rõnẽ diuersitatis ꝑsuppoſito, q̃ vigore pacti sint capaces fœminę sicut & masculi, licet qđã ordine successiuo secundũ prudentiũ interpretationẽ, masculi præferanꝰ, arg. l. à titio. ff. de verb. obliga. & c. inter corporalia. de translatio. epi. vel electꝰ. & certe vr hoc magis de mente disponentis: cũ simpliciter dixit de masculis, vt cõprehenderet natos ex fœminis masculis deficiẽtibus, masculis descendentibus ex masculis, ꝓout etiã dixit Pet. de Anch. & Flor.

in.d.cõſi.hoc etiã vult Pau.de Caſt.in.l.1.in prin.C.de cõdi.inſert.& ꝓſerti hęc ꝓcedẽt,cũ in maioriis ſunt vt plurimũ ſint villæ & caſtra, & iuriſdictio,vñ diſponẽs cũ vocat maſculos & excludit fœminas,vr̃ cõſiderare fragilitatẽ mulierũ,quib⁹ dominari nõ cõuenit,vt etiã ad ducit pulchrè Petrus de Ancha.cõſi.339.incipit ꝓ maiori intelligẽtia dicendorũ & ſic voluit præferre maſculos.q̃ ꝓtio viget in maſculis, &ſi deſcendant plineã fœmineã,prout ẽt a ducit Socin.in.l.Gall⁹.§. nũc de lege Velleia.ff.de liber.& poſth.col.fi.ver.3. decidit vbi etiam vide claudiũ.col.fi.& ad dictũ Spec.reſp.vt ꝓ Pau.in.d.l.1.& in.l.ſed ſi hac.§.liberos.ff.de in ius vocã.& ẽt colligit rñſio ex dictis ꝓ Petr.de Ancha.& Floria.in.d.cõ. Quid aũt ſi facta fuit maioria in filiũ & in maſculos deſcẽdẽtes ex eo,& ſi nõ haberet deſcedẽtẽ maſculũ.ſuccederet filia fœmina filia diſponẽtis.contigit q̃ moriẽ diſponẽs,& poſt ea filia relicto filio maſculo,demu moriẽ filius in quẽ facta fuit maioria,relicta filia:an ſuccedat talis filia,vel filiꝰ filieꝰvr̃ q̃ filiꝰ filiæ,& nõ filia filij,ex nota.ꝓ Bal.in.§.filia vero.in fi.de ſucce.feud. ¶An aut ex eo,q̃ cõditor maiorię ſemp vocauit maſculos,videat ex hoc excluſiſſe fœminas:cũ extarẽt maſculi:& dicẽdum vr̃ q̃ ſic.arg.l.cum ita.ff. de cõditio.& demonſt.& tenet Bar.in.l.cũ auus.ff.eo.ver.q̃ro dicit teſtator,cuius dictũ communiter approbaꝝ prout atteſtaꝝ ibi Socinus. char.9.col.2.bene facit tex.in.l.ſcripturas.in fi.C.q̃ potio.in pig.habean.& ibi notat Bald.facit.l.prima.ff.de legib.dum dicit virorum vbi Bar.dicit ergo mulieres nõ ꝓñt eſſe de cõſilio,facit.l.cũ ꝓtor.ff.de iudi.l.ſicut certi.C.de teſta.mili.& nota q̃ maſcul⁹ ẽt alter⁹ lineę prę ferẽ filię vltimę poſſeſſoris,attẽto tenore iueſtiturę diſponẽtis,q̃d ma ſculina gñatio ꝓferaꝝ,ita cõſuluit ꝓ multa fundamẽta Pau.de Caſt.2. vol.cõſiliorũ.cõſ.300.incipit viſo quodã ꝓceſſu.& idẽ voluit Gaſpar. Calderi.,put habet in conſi.Bal.i nouis.2.vol.cõſi.137.incipit dñs Iordan⁹.vbi dicit,q̃ q̃ñcũq; eſt prioritas in ſexu vel linea remotior linea vel ſex⁹,ꝓferẽ cuicũq; ꝓximiori poſteriores lineę,vel ſex⁹.vide ibi per eos.In hoc tñ vr̃ lati⁹ conſiderãdũ videlicet q̃ ſi conditor maiorię ſim pliciter cõdidit maioriã vocãs ad eã deſcendẽtes ſuos vel alios & tũc indifferẽter admittenꝫ maſculi & fœmine ad maioriã & dũtaxat attẽdeꝫ prioritas gradus,dũ tñ in pari gradu exiſtẽte maſculo & fœmina præferaꝝ maſcul⁹ fœminę,& hoc eſt q̃d voluit Petrus de bella Pertica.in.l.pater filiũ.§.q̃ndecim.ff.dele.3.Bal.in.l.in multis.ff.de ſtatu homi.l.2.ti.15.parti.2.& idẽ eſſet dicẽdũ q̃n diſponẽs ab initio vocauit tã maſculos q̃ fœminas ad maioriã:vr̃ enim iſti⁹ mẽtis fuiſſe & facere ſuã diſpõnem ſecũdũ q̃litates iuris cõis iuxta notata ꝓ Bar.in.l.hære des mei.§.cũ ita.ff.ad Treb.q̃n eñ i q̃cũq; gradu ſucceſsiõis vocauit marẽ & fœminã tũc in pari gradu excludeꝫ fœmina à maſculo,nõ ſi maſcul⁹ ſit in remotiori gradu.Si verò cõditor maiorię nõ ita diſpoſuit ſed vocauit filiũ ſuũ maſculũ & deſcẽdẽtes maſculos ex eo,tunc maſcul⁹ remotior excludet fœminã ẽt propinquiorẽ i gradu,voluit eñ tũc diſponẽs cõſeruare agnationẽ ſuã,vt tradit Ioã. And.referens diſputationẽ Iac.de Are.in addit.ad Spe.tit.de ſucceſ.ab inteſt.& in rub.de teſta.referens diſputatio.Ricar.Malũb.Cy.& Saly.in.l.1.C.de adult.Bal.in.l.maximũ vitiũ.C.de libe.ꝓte.& in.l.quòd verò.ff.de legib.Io.de Imo.in.l.fi.ff.de hęre.inſtit.Soci.in.l.Gall⁹.§.nunc de lege Velleia.ff.de libe.& poſth.& cõſi.90.vo.1.& cõſi.12.& cõſi.62.vol.3.caro.ruin⁹.cõſi.139.vo.3.& cõ.150.vo.2.verſi.ſed pręmiſſis nõ obſtãtibus & cõſi.12.eiuſdẽ vol.co.1.verſi.aliq̃n & tertio.Curtius Senior cõſil.40. Decius cõſi.545.nu.6.Soci.cõſi.73.vo.4.& cõſi.6.nu.2.& cõſi.57.vo.3. col.3.Iaſ.cõſi.140.vo.2.Decius vbi dicit hãc eſſe cõem opinionẽ conſi. 372.nu.4.ver.Secũdo ꝑmittendũ,& ꝓcedit.& ſi in eadẽ diſpõne poſt vocationẽ maſculorũ vocet fœminas in defectũ maſculorũ vt eſt caſus ſingularis.in.d.c.1.de eo q̃ ſibi & hęredib⁹ ſuis,nec eſt ibi aliq̃ ſpãlitas feudorũ ſed fundaꝝ illa diſpõ in mera ratiõe diſpoſitiõis ꝓferẽtis maſculos fœminis,vt in terminis voluerũt Petrus de Anch.& Floria. cõſi.359.inter cõſilia Ancharani.incipit nos petrus,& adeſt manifeſta rõ.ad hoc eñ ſegreganꝫ maſculi à fœminis,& de maſculis fit ſpecialis diſpõ vt & ipſi ꝓferanꝫ q̃cũq; ſint gradu & in eis cõſeruẽꝫ agnatio.Præterea q̃n diſponẽs loquitur diſcretiuè de per ſe de maſculis,& de per ſe de fœminis nũquã maſculinum cõcipit fœmininũ,vt tradit Bal.in.d.l.in multis Iaſon ꝓ textũ ibi in.l.cohæredi.§.q̃ diſcretas cũ.§. ſequẽti.ff.de vulg.& pupil.& in.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iudi. Idẽq; dicendũ eſt & ſi nõ ita exꝑſsè ſed ex aliis cõiecturis & clauſulis diſpõnis appareret hãc fuiſſe mẽtẽ diſponẽtis circa vocationẽ maſculorũ,& cõſeruationẽ ſuę agnatiõis,q̃d eñ colligit ex talib⁹ cõiecturis pro exꝑſſo hr̃.l.cũ ꝓponebaꝝ.in fi.& in.l.vnũ ex familia.§.fi.ff.de le. 2.l.fideicõmiſſa.§.hęc verba.& l.Pãphilo.in prin.& l.pr̃ filiũ.§.pe.cũ gl.ff.deleg.3.l.ex facto ꝓponebaꝝ.§.rerũ.ff.de hęredi.inſti.ibi & facit q̃dẽ totũ volũtas defuncti.l.cũ q̃dã.in fi.C.de neceſſariis ſeruis hære. inſti.& nõ dicit caſus omiſſus,ſed exꝑſſus Bal.ſingulariter in.l.1.C.de his q̃ añ ap.tabu.& in.l.ſi mr̃.C.de inſti.& ſubſti.Oldr.cõſ.224.Deci⁹ cõſi.397.& bñ cõfert q̃d notat Bal.in.l.captatorias in.5.oppoſitione. C.de teſta.mili.¶Sed an excluſis fœminis videanꝫ ẽt excluſi maſculi deſcẽdẽtes ex fœminis?& certè q̃n talis maſcul⁹ ex fœmina nõ ꝓtẽderet ſpãlẽ vocationẽ ex ꝑſona ſua,ex tenore maiorię indubiũ videtur quin excluſa matre excludaꝝ & ipſe,ex doctrina Bal.q̃ ſemp allegaꝝ i.l.1.ff.de ſenato.nõ eñ in cauſato põt eſſe pl⁹ virtutis,quã ꝓcedat ab influẽti potẽtia cauſę allegat.§.hoc aũt notãdũ.q̃ feu.dar.poſ.ex hoc inferẽs,q̃ ſi filia regis frãcorũ ex rõnabili cõſuetudine francorũ,non ſuccedit in regno,filiꝰ.ſ.rex Anglię nullũ ius in regno frãcorũ prætẽdere potuit,eſt et.ã bon⁹ tex.ad hoc & ibi notat Io.And.in.c.ad apoſtolice.de re iudica.li.6.adde Bal.in.l.fi.q.25.C.de hæred.inſti.& in.l. cũ antiquiorib⁹.col.5.C.de iur.delib.& adde q̃ not.Bar.in.l.2.§.videdũ.ff.ad Tertul.Bal.in.l.maximũ vitiũ.C.de liber.ꝓte.& Io.Cirier.in ſuo tractatu primogenituręli.1.q.23.¶An aũt fœmina ſemel excluſa cenſeaꝝ ſemp excluſa vel an tẽporaliter quãdiu non extant maſculi? q̃ eſt valde tractata tã in ſucceſsione hęreditatis,quã in materia feudali.de primo tradit Bar.in.l.fi.ff.ad Tertul.Bal.in.l.in quib⁹.C.de ſe cũ.nup.& de.2.An.de Yſer.Bal.& cæteri.in.c.1.§.q̃n etiã epiſcopũ vel Abb.& magis cõis reſolutio doct.vr̃ q̃ fœmina ſemel excluſa ꝑ exiſtentiã maſculi ꝑpetuo duret excluſa ꝑ tex.in.d.§.quin etiã.ſecundũ q̃d intelligit And.de Yſer.ibi ſi tñ ex tenore inueſtiturę conſtaret fœminã nõ ꝑpetuò:ſed tẽporaliꝝ excluſam,vt q̃ inſtrm maioriæ cantaret,q̃ donec maſculus ſup eſſet,fœmina nõ ſuccederet:tũc eñ fœmina ſemel ꝑ maſculũ excluſa,admitteꝝ poſtea deficiẽte maſculo,vt in.d.c.1.cum ibi nota.de eo q̃ ſibi vel hęredib.ſuis maſcu.& fœmi.& iſtud dicit cõiter approbatũ Socin⁹ cõſi.92.incipit circa primũ huius cõſultationis articulũ.co.10.in.4.dubitatio.1.vo.vbi quã plures hanc opinionẽ,ẽt in ſucceſsiõe hęreditatis tenẽtes allegat.tenet etiã Frãciſ. Curti⁹.in ſuo tractatu feudali.3.ꝑte.in prin.q.17.ver.2.limitate. Et ad uerte q̃ ille q̃ ſemel fuit excluſus ꝓpter indignitatẽ nõ poterit poſt ea ẽt alia vice ſuccedere vi.tex.in.l.etiã.§.ſi capitis.ad fin.ff.de bonis liber.& l.cum pater.§.libertis.ff.deleg.2.& q̃ ille qui fuit excluſus ex vna vocatiõe admittaꝝ ex alia licet à prima fuerit excluſus,ꝓpter ingratitudinẽ vi.tex.notabilẽ in.l.ſi filius q̃ patri.in prin.ff.de bonis liber.¶Et q̃d ſi quis fuit excluſus lite vel præſcriptiõe à maioria cũ tñ ipſe fuerit ille q̃ primo loco erat vocat⁹,an ſi poſtea ꝓp alienationem vel aliàs perdat q̃ poſsidet maioriam,ille ſic excluſus poterit illã reacqrere:& vr̃ q̃ ſic per tex.in.l.milites prohibentur.ff.de re mil.Io.de Pla.in.l.vnica.C.q̃ b⁹ ad cõductio.ꝑdio.li.11.nõ eñ vr̃ excluſus ex noua cauſa ſupuenienti.l.q̃ romę.§.duo fratres.ff.de verb.ob.c.2.de renun.vnde ſi q̃s ꝓp alienationẽ ꝑdidit maioriã ſi poſtea cum trãſiuit ad aliũ iterũ vacet & ipſe alienãs ſit ꝓximior admittefvt in.c.vnico. & ibi Bal.de eo q̃ finẽ fecit agnato.Bal.in.§.ꝓterea.q̃b⁹.mo.feu.amit. gl.& Bal.in.c.1.imperator lotharius Bal.in.§.fi.ſi de feu.fue.contro. inter do.& agna.¶Quid aũt ſi filia ſemel fuit admiſſa ad ſucceſsionẽ maiorię:q̃a nõ erat maſculus,an repellaꝝ maſculo poſtea ſupuenien te?decides ex his,q̃ tradit Iacob.de Bello viſ.Nicola.de Neapo.& Bal. in.d.c.1.de eo q̃ ſibi vel hæredib.ſuis.vbi volũt cõtra And.de Yſer.ibi q̃d maſculus ſupueniens nõ excludat fœminã in poſſeſsiõe feudi exiſtẽtę:q̃ natura dñiorũ acquiſitorũ eſt,q̃ ſit ꝓpetua.l.ſiue poſsidetis. C.de ꝓbatio.& iſtã partẽ poſt multa tenet ẽt in.d.ſuo tracta.feudali Frãcif.Curti⁹.in.3.ꝑte in prin.q.28.vbi videas.¶Sed quid ſi fœminæ fuerunt excluſę in vna parte,ſeu gradu maioriç,an videanꝫ excluſæ etiã in aliis gradib⁹,& vocationib⁹ factis in maioria?aliquid tetigi.S. de cõditione maſculinitatis,an repetaꝝ,eſt vtilis q̃ō,& requirit lõgiorẽ ſtiluꝫ vr̃ pro nunc,q̃ ſi excluſio fœminarũ fiat intra certũ capitulũ alicuius gradus,ſeu vocatiõis,ad ſolũ illud referaꝝ & nõ ad ſequentes vocatiões,ſeu ſubſtitutiones,vt probaꝝ in.l.3.§.filiꝰ.ff.de liber.& poſt. & not.glo.in.l.1.C.de liber.ꝓte.ſi verò excluſio fiat in aliqua clauſula de per ſe abſolutè poſita,vr̃ q̃ referri debeat ad oẽs gradus,& ad oẽs vocatiões ꝓ tex.in.d.§.filiꝰ.& in.l.talis ſcriptura.in prin.ff.deleg.1.l.fi. ff.de reb.dub.c.2.requiris.& c.inquiſitioni.de appel.ſiue talis clauſula apponaꝝ in prin.ſiue in medio,ſiue in fine,vt colligit ex dictis iuribus,vbi cũ caſus occurrerit ad maiorẽ enucleationẽ veritatis,videas ꝓ docto.¶Quid aũt ſi habẽs pater licentiã regis ad faciendã maioriã in vnũ ex filiis,cõuenit cũ vno ex filiis de faciẽdo in eũ maioriã certa pecunia,quã ab eo recepit,an poſit tũc in cõſtitutiõe maioriæ ponere clauſulã,qua excludanꝫ fœminę?vr̃ q̃ nõ ex his,q̃ notat Bal.in.§. pe.ad fi.de his q̃ feud.dare poſ.¶Succedit tñ pulchra q̃ō,quã vidi in facto,an poſit rex diſponere ꝑ ſuũ reſcriptũ,vel priuilegiũ,q̃ fœminæ & ex eis deſcendentes admittanꝫ in ſucceſsione maioriç,excluſis maſculis,ẽt agnatis:& ſi ex tenore & diſpõne maioriç tales fœminæ eſſent excluſę ꝑ fauorẽ agnatorũ,& omiſsis:argumẽtis diſtinguendi ſunt ĩ materia iſta aliq̃ caſus:nã ſi maioria facta fuit ꝓ viã donationis inter viuos,vel alicuius cõtractus,ſeu diſpõnis:ex qua de iure naturali vel gentiũ transferꝫ ius & dominiũ,nulla requiſita licẽtia,neq; autoritate regis:& tali caſu fatendũ videꝫ non poſſe regẽ derogare iuribus,& vinculis & ſubſtitutionib⁹ talis maioriç:cũ nõ poſsit princeps reſcribere cõtra ea,q̃ ſunt iuris naturalis vel gẽtiũ ſunt eñ immutabilia,vt in.§.ſed naturalia.inſt.de iur.natu.gent.vel ciui.& non poteſt rex etiam de plenitudine poteſtatis,ſine cauſa ius & dominium

alterius auferre, quando tale ius & dominium fuit acquisitum ex iure naturali vel gentium: vt est receptior conclusio & communior omnium docto. in. c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. & habetur de isto iure partitarum. in. l. 31. tit. 18. 3. part. & in. l. 2. ti. 1. 2. parti. vnde neq; in tali maioria posset auferre ius futuri fideicommissi, seu vocatiõis alicuius, licet in spe & non re, tunc tale ius habentis. Ius nanq; primo genituræ & fideicommissi est ita in consideratione, ac si esset ius iam delatum, & acquisitum & ita trãsmittit, quiillud habet sicut æs suũ, vt adducit pulchrè. Ioan. Andr. in additio. ad Spec. in rubri. de feud. in qõne illa patrui & nepotis. & Oldrald. ante eum consil. 94. & hinc est etiam, quod rex non potest dare secundogenito regnum, quod à consuetudine vel prouidentia primorum constituentiũ pertineret primogenito, vt concludit Ioan. And. in. c. licet. deuot. & tenet etiam Abb. in. c. intellecto. col. 2. de iur. iurã. vbi dicit q̃ reges non possunt priuare consanguineos descendentes ex linea paterna, secundũ Inn. in. c. grandi. de supplend. negligen. præla. li. 6. & tradit Iason. in. l. nemo potest. ff. deleg. 1. Ioan. Cirier. in suo tractatu primogenitur̃. lib. 3. q. 3. imo etiam in iure futuri fideicommissi q̃ sit in consideratione tanquam ius iam formatum, & quæsitũ tenet Bar. in. l. is potest. col. 3. ff. de acquir. hære. ver. sed circa hoc quæro. vbi etiã dicit tale ius esse æstimabile: cũ non certetur de hæreditate viuentis: sed iam mortui, hinc est quod ius primogenituræ est cessibile, & vendibile, vt tradit Ioan. And. in. d. c. licet. & in. d. rub. de feud. col. antepe. in additio. ad Specu. vbi plura adducit. Abb. etiam in. d. c. licet. Alex. consi. 67. 1. volu. 2. dubio. & consi. 94. eo. volu. si verò maioria facta fuerit per viam testamenti seu alicuius vltimæ voluntatis, est maius dubium an princeps tali casu possit disponere contra disposita in testamento, & auferre ius futuri fideicommissi? nam in. l. si testamentum. C. de testa. disponitur non valere rescriptum imperatoris, contra testamentum. & ibi Rapha. Fulgo. & Iason. dicentes quòd in hanc sententiam, quòd neq; rescripto principis possit derogari testamento, potius est inclinandum: licet enim testamentum quo ad solennitatem eius, sit de iure ciuili: quoad substantiam est de iure gentium: quia eo ipso quod gentes esse cœperunt, de bonis suis disponebant, vt dicit Bar. in. l. interdum. ff. de conditio. indebi. & secundum istam opinionem consuluit Philip. Decius consil. 357. incipit in casu magnifici domini Petri. & consi. 403. incipit quanuis in casu proposito. Contrariam tamen partem, imò quòd princeps possit disponere cõtra contenta in testamento, tenet Bald. in. d. l. si testamentum. in fin. dummodo princeps apponat clausulam non obstante: iniustè tamen aget in semetipsum, secundum eundem Bal. ibi. Et quod princeps de plenitudine potestatis, possit auferre etiam sine causa ius futuri fideicommissi, ex testamento: voluit Alexan. consi. 2. primo volumi. incipit visis codicillis colum. penulti. dicens talem acquisitionem ex testamento esse de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de verbo. significa. & notatur. in lege prima. ff. de acquiren. rer. domi. & nititur ibi respondere ad dicta Barto. in. d. l. interdum. & idem voluit consulendo idem Alexan. consi. 94. eiusd. volumi. vbi ad fin. se refert ad dicta. in. d. consi. secundo. referens ita fuisse iudicatum. & fortè istud vltimum videtur de iure verius: sed primum iustius & æquius, & cõscientiæ principis salubre: ne sine causa voluntates defunctorũ subuertãtur. Erit tamen in hoc pulchrum dubium: quid si ille qui fecit maioriam inter viuos poterat adhuc illam reuocare, qui tamen non reuocauit imo eam testamento confirmauit, an' tunc videatur maioria haberi ex testamento & non ex dispositione inter viuos? Bart. in. l. post legatum. 5. fi. ff. de his quibus vt indig. vult quod habeat ex testamento vide ibi & cogita super hoc si verò maioria sumpsit vires à regia licentia, & facultate: vt quia facta fuit de legitimis filiorum, in quibus rescripto principis filij fuerant grauati: tunc videtur quod rex possit dispensare contra talem maioriam, in qua vocati sunt masculi descendentes ex masculis, & admittere fœminas vel descendentes ex fœminis, quod probatur ex his, quæ not. Bal. in. l. qui se patris. colum. 6. C. vnde libe. vbi tenet quod speciale est in principe, quod possit reuocare suum priuilegium, sine causa: etiã si ex eo alicui sit ius quæsitum, & saltim hoc procederet respectu eorum, quibus non erat adhuc ius realiter acquisitum: quia non cesserat dies seu delatio maioriæ, iuxta notata per Abb. in. c. nouit. de iudi. vbi dicit, q̃ quando priuilegium principis cõcessum subdito, habet actum successiuum respectu rerum, aut personarũ: tunc tale priuilegium, saltim quoad futuros actus & personas, est reuocabile ab ipso principe: sic etiam dicebat Paul. de Cast. in. l. rescripta. C. de prę cib. imperi. offeren. q̃ faciliori modo permittitur principi reuocatio rerum ab eo donatarum, quam aliarum rerum, quas haberet subditus citra donationem & titulũ principis, & quando princeps ex voluntate sua fuit causa, q̃ alicui ius quæratur: tunc ius ipsum sola voluntate potest auferre. vt eleganter decidit Ang. in. l. Lucius. ff. de eui ctio. & ideo secundum eum potest imperator auferre sine causa rem acquisitam ex præscriptione, vel vsucapione: quia talis modus acquirendi inductus fuit ab eo. Idem voluit Bal. in. l. fi. pe. col. versi. sed immediatè. oppono. C. senten. rescin. non posse. vbi dicit, quod quędam sunt, quæ quis potest acquirere etiam contra principis voluntatem: quia acquiruntur de iure gentiũ, sicut dominia. & ista non possunt auferri sine causa: secus in his, quæ sunt de iure ciuili, vt iudicia & sententiæ. & licet ista conclusio potest habere aliquid difficultatis, postquam dominiũ est perfectè acquisitum: tamen clarissimè est quando, lex vel princeps dedit modũ acquirendi dominiũ, & ipsum modum tollit princeps sine causa, antequã quis dominium acquisierit, veluti si tollit venientibus ab intestato ius adeundi, quod est de iure ciuili. d. l. lege obuenire. ff. de verb. signi. vt tradit Feli. in. d. c. quę in ecclesiarum. col. 18. ver. 5. declaratio. Præterea in casu isto princeps non aufert de directo ius alicui competens: sed potius procedit remouendo obstaculum ab eo, cui tale ius potest competere, faciendo de incapace capacem: quo casu valet dispositio principis, etiam sine causa, vt probatur in. l. quæris. ff. de natali. restitu. ita in simili quæstione huic nostræ & quasi in eisdem terminis in materia feudali, tradit Francisc. Curtius. in consilio primo. posito in calce sui tractatus feudalis. colum. 10. ad fin. Neque ad hoc obstabit quod tradit Rodericus Suarez. in disputatione sua maioratus, posita in calce repetitionum. l. quoniam in prioribus. & l. post rem iudicatam: cum vult quod licet ex licentia regis bona maioriæ vinculentur: non per hoc dicitur q̃ bona sunt à rege donata, vt sic pater in eis nõ habeat vsum fructum: nam illud procederet eo respectu, vt est quæstio sua. ¶ Sed in qõne nostra multum hoc esset in consideratione, ex quo maioria & vincula eius totum robur acceperunt à licentia regia, vt possit q̃d dedit per talem licentiam reuocare, vel saltem modificare respectu eorum, quibus vigore suæ licentię bona maioriæ sunt ventura, licet enim talia bona non dicantur à principe donata, iuxta. l. cum multa. C. de bonis quæ liber. tamen ille modus acquisitionis, quo venit in futuros fideicommissarios, & ad maioriam vocatos, venit ex donatione principis. & sic militant, quæ supra adduxi. & hæc procederent, quando constaret principem de plenitudine potestatis, hęc vel le, & vocatis per maioriam velle facere præiudicium: nam si essemus in dubio, non est tale de principe præsumendum per iura vulgaria tam iuris communis, quam legum regni: vnde & si rex dicat, quod fœminæ & ex his descendentes admittantur, non obstante quacũq; maioria aliter vocante & disponente, si talis dispositio maioriæ esset ex testamentis, primorum constituentium, non sufficeret talis clausula: cum princeps videatur cum hæc dicat intelligere de maioria ei' autoritate robur & firmitatem assumenti: nõ vero de ea, quæ sine ei' autoritate tenuit. Vnde si in testamẽto quis carens liberis disposuit faciens maioriam de bonis suis, vel habens liberos disponat de tertio bonorum, clausula talis nihil operabitur ad euersionem' talis maioriæ, & substitutionum eius: neq; in præiudicium futuri fideicõmissarij. cum principis priuilegium ita sit interpretandum: vt minus ius tertij lædat: quando enim priuilegium generaliter intellectum deroganet ius alterius tertij: reducitur ad ius commune etiã eo casu, quo ita reductum nihil operaretur, vt est tex. in. l. si quando. & ibi declarat. Bal. in princip. C. de inoffic. testa. & bene confert, quod generalis dispositio non refertur ad ea, q̃ pendent ex testamento, vt not. glo. & ibi doct. in. l. tres fratres. ff. de pact. Bar. in. l. qui Romæ. 5. duo fratres. ff. de verbo. obli. & videtur requiri principem esse informatũ de contentis in testamentis, talibus. l. de his. & l. non est ferendus. ff. de trãsactio. & ideo Socinus. consi. 282. in. 2. volumine. consuluit non valere laudum super certo legato cuiusdam testamenti, nõ obstante, quod in compromisso per verba generalia videretur etiam comprehendi: quia fuit facta mentio de relictis in testamento & codicillis: cum sint verba generalia, & quæ non inferunt certam notitiam & cognitionem, prout dicit Bal. in. d. l. de his. in secunda lectura. & etiam Ange. per tex. ibi. in. l. generaliter. C. de nõ numera. pecu. & l. 4. ff. de optio. lega. imo & quod requiratur citatio substituti vel fideicommissarij habentis ius in spe: quando princeps talia facit, consuluit Anch. consil. 427. & Philip. Decius. consi. 284. vbi plura refert. col. 5. ver. 3. communis opinio. & Socinus. consi. 246. col. 4. & 5. in. 2. volu. licet hoc dictũ fortè nõ procederet, vbi materia est talis, in qua princeps potest præiudicare alicui inuito: & constat q̃ vult præiudicare, vt tradit dictus Curtius in. d. consi. colum. 12. & 13. videas ibi per eos plura referentes. & in casibus in quibus dixi principem posse tollere ius futuri fideicom. & quod maioria aliter deferatur: an tunc apud illum cui princeps vult quod bona deueniant venient vt bona maioriæ, vel vt libera? & videtur q̃ debeãt venire iure maiorię pro quo facit bonus tex. & quæ ibi notat Io. de Pla. in. l. 2. C. de fundis rei priui. lib. 11. ¶ Quid autem retento eodẽ themate, si qs habeat maioriã, cũ licentia principis factã: & cũ tali vinculo & cõditione, q̃ & si possessor talis maiorię cõmitteret crimẽ, & læsę maiestatis, bõa maiorię nõ cõfiscarẽt, & ma-

